CAROLI FRIDERICI GAERTNER,

MED. DOCT., SOC. NATUR. CURIOS. SUEV. SODAL., PHYS. JENENS. GÖTTING. MEMBR. ETC.

CARPOLOGIA

SEU

DESCRIPTIONES ET ICONES

FRUCTUUM ET SEMINUM PLANTARUM:

SEU

CONTINUATI OPERIS

JOSEPHI GAERTNER

DE FRUCTIBUS ET SEMINIBUS PLANTARUM

VOL. III.

FASC. I. PARS. I. CUM TABULIS AENEIS X.

SUMTIBUS CAROL. FRID. ENOCH RICHTER

BIBLIOPOLAE LIPSIENSIS. MDCCCV.

Res botanica nostris temporibus scrutantium assiduitate et peregrinatorum praeclarorum laboribus adeo accrevit, ut ad recte componenda tanta plantarum agmina, generum subtilis et accurata definitio gravissima et maxime necessaria sit. Quae quidem ut in universum fida partium fructificantium delineatione nititur: ita praesertim fructuum et seminum curiosa descriptione adjuvatur. Quare non defuit J. Gaertneri operi carpologico laus et approbatio, eoque non solum universae rei herbariae magnum auxilium paratum esse, sed nullum plantarum observatorem eo facile carere posse praedicarunt. Jam etsi liber ille duobus voluminibus prioribus maximam partem fructuum et seminum, e generibus a Linnaeo descriptis carptorum, iconibus illustravit: multum tamen abest, ut generum hoc die notorum dimidiam partem contineat. Multi quidem plantarum scrutatores fructus et semina generum, a se definitorum, fusius nuper descripserunt; sed quum istae notitiae vel dispersae et sejunctae sint, vel ob varium vocum et terminorum technicorum usum parum inter se congruant: facile apparet, non minus in disciplinae commodum, quam in emolumentum botanophilorum actum iri, si uno opere, eodem consilio et vocum significatione uso, illae congerantur. Ad huncce finem assequendum propria scrutatione et contemplatione opus esse, per se patet. Id quum bene perspectum auctor ille haberet: observationes ipse, per itinerationem, hocce consilio per Angliam et Belgium factam, et per communicationem amicorum, inprimis Thunbergii et Hermanni subministratas instituit, quas duobus voluminibus fere omnes promulgavit. Postea per paucos vitae reliquos annos quasdam porro ad supplementum contulit. Hoc, post ejus mortem accepto patrimonio et exhortationibus virorum in botanica celebrium, ut opus illud continuetur et compleatur, commotus C. F. Gaertner patris vestigia premere constituit; sed ejus consilii persequendi locum bella ante hos aliquot annos per Europam grassantia ad haec tempora distulere. Tandem anno MDCCCII. iter iste per Galliam, Angliam, Belgiumque perfecit, ut magnos earum terrarum thesauros inspiceret et ad mentem suam inquireret. Contigit ei esse tam felici, ut summa benevolentia et proclivitate clarissimorum virorum in coeptis magis adjuvaretur, quam sperare unquam ausus esset. Dederunt ei, qui Parisiis magni Musei in horto plantarum publico conditi curam gerunt, veniam, ut splendidam fructuum seminumque collectionem ibi depositam, otio dulci usus, perspiceret, inquireret et penicillo exciperet; eandemque ad Jussieui collectionem ab illustri possessore habuit licentiam. Tum rarissimis fructibus et seminibus, a viris Desfontaines, Delesseret, Labillardiere, Ventenat, Decandolle, Poitau, Dupuis, Delile secum communicatis, generum plurimorum ab Aubletio, Commersono, l'Heritier aliisque memoratorum et huc dum omnino ignotorum compos factus est. Pari liberalitate ipsum Londini excepere Banks et Lambert et Lugduno Batavorum largam seminum et fructuum Ceylonicorum et Javensium messem a Dom. Profess. Brugmanns datam abstulit. His omnibus et iis, quae a Thunbergio larga manu missa acceperat, eo pervenit, ut carpologiam expedite continuaturus sit. Eamque in fasciculos, singulos centum genera amplexos eadem forma charta et typographia excusos, digestam edet; icones ab eodem artifice Sturmio, in hoc laborum genere bene versato, aeri incidentur.

Missa omni operis boni commendatione bibliopola, priora hujus operis volumina vendens, quae de se sperari et postulari queant, adjungit. Scilicet continuationem, quae etiam

ut opus novum conſiderari poterit, omni cura adhibita politam publici juris faciet nec ſumtibus parcet, ut externa ſpecies operis gravitate digna cenſeatur. Addit porro in uſum botanicorum proſtare apud ſeſe exempla priorum duorum voluminum, ſeque iis, qui recta via ipſi literas mandaverint, aequitatem et facilitatem ſpondere. Priorum voluminum pretium in omnibus tabernis librariis probis commune eſt XXIV. Thaler. Saxon. ſeu $43\frac{1}{5}$ Floren. Rhen.

Lipſiae,
nundinis paſchalibus.

Bibliopola.

Die Bereicherungen, welche die Botanik in den neuern Zeiten durch den Eifer und die Bemühungen mehrerer berühmter Reisenden erhalten hat, sind so groſs und weit umfassend, daſs eine genaue und gründliche Kenntniſs der Gattungen eins der dringensten Bedürfnisse ist. So wie hiezu eine genaue Bestimmung der Fructifications-Theile überhaupt nöthig ist, eben so unentbehrlich ist in neuerer Zeit die Beschreibung der Früchte und Saamen für dieſen Zweck geworden. — Der Beyfall, mit welchem das Publikum die Carpologie eines J. Gärtner's aufgenommen hat, beweiſst schon hinreichend, wie wichtig seine Bemühungen für die Botanik überhaupt sind, und man darf sagen, wie unentbehrlich sein Werk, für jeden Botaniker insbesondere ist. Ungeachtet in den ersten zwei Bänden des benannten Werks, der gröſste Theil der Früchte und Saamen der Linneischen Gattungen abgebildet ist, so ist dies noch nicht die Hälfte der bis jetzt bekannt gewordenen Gattungen überhaupt. Obgleich einige neuere Botaniker nicht ermangelt haben, vollständige Beschreibungen der Früchte und Saamen ihrer gelieferten Gattungen zu geben, so sind diese theils zu zerstreut, theils aber auch in abweichenden terminologischen Beschreibungen gegeben, so daſs kein gleichförmiges Ganzes daraus erwachsen kann, es ist daher nöthig zum Vortheil der Wissenschaft, so wie zur Bequemlichkeit der Botaniker, alles in einem Werke nach derselben Ansicht und in derselben Terminologie abgefaſst zu sehen. — Aus diesem Grunde ist es unumgänglich nöthig, blos den eignen Untersuchungen und der selbstgeschöpften Anschauung zu folgen. Mit den zwei Bänden der Carpologie, waren die Materialien, welche ihr Verfasser auf seiner besonders zu diesem Zweck unternommenen Reise nach England und Holland: und durch Mittheilungen guter Freunde, besonders eines Thunberg und Hermann gesammelt hatte, beinahe gänzlich erschöpft; die wenige Zeit, welche ihm nach Beendigung des 2ten Theils noch zu leben vergönnt war, reichte hin, das wenige in ein kleines Supplement zu sammeln. Durch diesen Nachlaſs, so wie durch die Aufforderungen und Wünsche mehrerer berühmter Botaniker veranlaſst dieses Werk fortgesetzt und möglichst vollständig zu sehen, ents[illegible]ſs sich C. F. Gärtner bald nach dem Tode seines Vaters, den Faden dieser Untersuchungen aufzufassen; die kriegerischen Unruhen aber, welche vor einigen Jahren noch ganz Europa erschüttert haben, verschoben die Ausführung seines Plans bis auf die jetzige Zeit. In dieser Absicht unternahm er im Jahr 1802 und 3. eine Reise

nach Frankreich, England und Holland, um die reichen Sammlungen und grofsen Schätze dieser Länder einzusehen und zu seinem Zwecke zu benutzen. Die Bereitwilligkeit und Humanität, mit welcher die berühmtesten Naturforscher sein Unternehmen aufnahmen und zu unterstützen suchten, haben alle seine Erwartungen übertroffen. In Paris ist ihm von der Direction des grofsen Museum im Jardin des plantes die Erlaubnifs ertheilt worden, die reiche, daselbst aufbewahrte Sammlung von Früchten und Saamen mit Muse zu sehen, zu untersuchen und selbst zu zeichnen; die nämliche Erlaubnifs hat er auch vom Herrn de Jussieu in Rücksicht seiner Sammlung erhalten. Durch die Mittheilungen der seltensten Früchte und Saamen wurde er durch Desfontaines, Delesseret, Labillardiere, Ventenat, Decandolle, Poitau, Depuis, Delile etc. in den Besitz des gröfsten Theils der Aubletschen, Commersonschen, l'Heritierschen und mehrerer andrer völlig unbekannten Gattungen gesetzt. Mit derselbigen Liberalität wurde sein Unternehmen von Banks und Lambert in London unterstüzt, und in Leyden erhielt er von dem Herrn Profess. Brugmanns eine Menge Ceylonischer und Javanischer Früchte und Saamen. Durch diese, so wie durch die von Thunberg erhaltenen reichen Beiträge sieht er sich in den Stand gesetzt, die Carpologie ungehindert fortzusetzen; dieselbige wird in Heften von 100 Gattungen, in demselben Format, Papier und Druck erscheinen; der Stich der Platten wird von demselben, mit diesem Gegenstand schon sehr vertrauten Kupferstecher Sturm besorgt.

Das vorgesagte mag statt aller Empfehlung dienen und dem Publikum zugleich angeben, was es von diesem Werke zu hoffen und zu erwarten habe. Der Verleger der ersten Bände wird diese Fortsetzung, welche man zu gleicher Zeit auch als ein neues Werk betrachten kann, mit aller Sorgfalt, welche ihm möglich ist, ans Licht fördern, und keine Kosten scheuen, um das Äufsere dem innern Gehalte entsprechend zu liefern. Für Botaniker und Liebhaber bemerkt derselbe, dafs er noch eine Anzahl Exemplaria von den ersten beiden Bänden hat, und denjenigen, welche sich deswegen direkte an ihn wenden, die billigsten Bedingungen verspricht. Der Ladenpreifs derselben ist 24 Thlr. sächs. oder 43 Fl. 12 Xr. rheinisch, für welchen Preis es aber auch in allen soliden Buchhandlungen zu haben ist.

Leipzig,
in der Oster-Messe 1805.

Der Verleger.

1. ISCHAEMUM.

LINN. *gen.* 1148. *ed. Schreb.* 1569. JUSS. *gen. p.* 30.

Spica lineari - oblonga, ſimplex aut bipartita, articulata, per articulos ſecedens. Articuli bicrures, apice alternatim locuſtiferi, & præterea alia locuſta ſeſſili, ad baſin ſuam externam muniti. Locuſtæ omnes bivalves, biſloræ: ſloſculo altero hermaphrodito fertili; altero maſculo, ſterili. Floſculorum corollulæ bivalves, muticæ aut e dorſo ariſtatæ.

ISCHAEMUM muticum. Tab. 181. fig. 1.

Tagadi. RHEED. *hort. mal.* 12. *p.* 91. *t.* 47.

Iſchaemum ſeminibus muticis. LINN. *ſpec. plant. ed.* 3. *p.* 1487. *. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 906.

A Cl. THUNBERGIO cum ſequenti.

PER. nullum.

REC. nullum.

SEM. hermaphroditis oblongum, ſponte deciduum, ſpadiceum aut rufeſcens.

ALB. farinoſum.

SCUT. quarta ſeminis parte brevius, & in ejus dorſo convexo poſitum.

EMB. monocotyledoneus, linearis, minutus.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Spicæ bipartitæ pars exterior convexiuſcula. b.) Ejusdem latus internum, planum, oppoſitæ ſibi ſpicæ ſectioni arcte adpreſſum. C.) Articulus ſolutus locuſtifer, a parte exteriore ſpectatus. D.) Idem a parte interna viſus, cum locuſta inferiore ſeſſili clauſa, ſuperiore autem leviter diducta. E.) Articulus bicruris, excuſſa locuſta inferiore, nudus; ſuperiore autem bivalvi & biflora, valde diducta, adhucdum munitus. F.) Locuſta inferior ſeparata, cum floſculis ſuis geminis.

ISCHAEMUM rugoſum. *ibidem.*

Spica bipartita (a. a.), articulata. Articuli juncti (b.) alternatim a dorſo & lateribus locuſtiferi. Articuli ſinguli (c. d.) bicrures: crure breviore (e. E.) locuſtifero; longiore autem (d.) articulum proximum ſuſtinente: inter

inter crura singuli articuli & ab ejus latere externo (c. g.) locusta alia, subsessilis, longaque arista geniculata munita. Locusta *pedicellata* (e. E.) bivalvis, biflora: flosculo *altero* (F.) hermaphrodito, distylo, sed in meis exemplis abortivo; *altero* masculo penitus sterili. Corollulæ flosculi utriusque bivalves; sed valvula exterior floris hermaphroditi in aristam brevem setaceam rectam desinens. Locusta *sessilis* (c. g. G.) perinde bivalvis & biflora; sed valvula ejus exterior a basi ad medium usque profundis rugis transversalibus exarata, ut tota spica exinde prorsus singularem nanciscatur formam. Flosculorum gemellorum (H.) alter masculus, sterilis bivalvis muticus; alter hermaphroditus, inæquivalvi - biglumis: gluma *interiore*, angustiore, breviore mutica; gluma autem *exteriore*, majore, apice bifida, & ex dorso longà aristà geniculatà & tortili instructa. Semen (i. I.) nonnisi in his ultimis flosculis reperi, ovali-oblongum, & quale supra descriptum.

Non puto esse Ischæmum *aristatum* Linn., quia certissime rugas transversales locustæ sessilis, in sua descriptione non siluisset; & quia Cl. Thunbergius huic gramini nomen specificum aut triviale addidisset, quod autem non fecit. Hinc ut novam speciem propono, donec certiora innotescant.

2. ROTTBOELLIA.

Linn. *suppl. gen.* 1360. *gen. pl. ed. Schreb.* 1563. Juss. *gen. p.* 31. Lamarck *ill. gen. t.* 48.

Spica lineari - oblonga, articulata, ad articulos discedens. Articuli singuli stipati locustis duabus, in articulorum scrobiculos immersis: altera superiore, altera inferiore, cum vicinis alternantibus. Locusta *superior* bivalvis, biflora: flosculis masculis, bivalvibus. Locusta *inferior* perinde bivalvis & biflora, sed flosculo altero neutro, altero autem hermaphrodito, & alterutro eorum, pro situ suo interno aut externo, nunc univalvi, nunc bivalvi. Ovar. hermaphroditis oblongum cum stylis duobus simplicibus.

Rottboellia dimidiata. Tab. 181. fig. 2.

Rottboellia spica dimidiata compressa lineari: latere exteriori aggregato - flosculoso, interiori lævi nudo. Linn. *suppl.* 114. * *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 124. * *Spec. plant. ed. Willd. Tom.* 1. *P.* 1. *p.* 466.

Rottboellia spica dimidiata compressa lineari. Thunb. *Prodr.* 23.

A Cl. Thunbergio.

Sem. maturum non vidi.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Spicæ abruptæ pars anterior flosculifera. b.) Ejusdem latus posterius nudum & subtilissime flexuose striatum. C. D.) Articuli duo proximi separati, scrobiculato excavati, cum situ locustarum. E.) Locusta superior, cum suis flosculis masculis geminis bivalvibus. F. G.) Flosculus masculus explicatus, cum antheris in situ, & separatis. H.) Locusta inferior, bivalvis & biflora. I.) Flosculus neuter, nunc unica valvula plana, locustæ valvæ opposita, excitatus; nunc vero bivalvis absque ullo staminis aut styli vestigio. K.) Flosculus hermaphroditus bivalvis, aut si flosculus neuter bivalvis sit, tunc simpliciter univalvis. L.) Antheræ tres lineares, longitudine fere corollulæ. Ovarium oblongum. Styli duo.

Quid hæc a duabus mox sequentibus differat, vel cœcus videt.

3. OPHIUROS.

Rottbœllia LINN. & JUSS. *l. c.*

Spica filiformi oblonga, apparenter saltem articulata, sed vere continua. Articuli spurii teretes, ad flosculorum sedem scrobiculato-excavati: uniflori, flosculis alternantibus, simplicissimis, omnibus hermaphroditis. Cal. simplicissimus univalvis, aut bipartitus: segmentis collateralibus, scapo obversis. Cor. bivalvis; valvula altera exteriore & altera interiore seu scapo accumbenti. Stam. tria. Ovar. subrotundum. Styl. duo.

OPHIUROS incurvata. Tab. 181. fig. 3.

Gramen loliaceum maritimum scorpioides. SCHEUCH. *gram. p. 42. t. 2. fig. 1.*

Aegylops spica subulata mutica lævi incurva, calycibus unifloris. LINN. *spec. pl. ed. 3. p. 1490.* *

Rottboellia spica tereti-subulata, gluma calycina subulata adpressa bipartita. LINN. *Suppl. p. 114. Syst. veg. ed. 14. p. 124.*

Rottboellia spica tereti-subulata incurvata, gluma calycina bivalvi subulata adpressa. LINN. *Spec. pl. ed. Willd. Tom. 1. P. 1. p. 463.*

SEM. maturum in neutra specie vidi.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Spica subulata, apparenter articulata, sed integerrima & continua. b.) Pars ejus separata, cum calycibus & corollis diductis, quæ alias rachidi presse accumbunt, & sinus ejus arcte claudunt. C.) Genitalia floris perfecti hermaphroditi. D.) Ovarium cum stylis late plumosis, flosculorum (per abortum) femineorum.

Multo frequentius in hac specie reperiuntur flores fœminei, quam hermaphroditi; & tamen suspicio est, illos non nisi per abortum ex his gigni, præsertim in plantis cultis, qualis est meum exemplum.

OPHIUROS corymbosa. *ibidem.*

Aegilops (exaltata) spicis filiformibus muticis corymbosis. LINN. *Mant. p.* 575.*

Rottboellia spicis aggregatis lateralibus filiformibus, flosculis bivariis patentibus foliis basi ciliatis. LINN. *Suppl.* l. c. *Syst. veg.* l. c. *Spec. plant. ed. Willd.* l. c. *p.* 466.

Spicæ partiales (a. a.) subsesqui-digitales, rectæ, strictæ, teretes, pseudo-articulatæ, crassitie fili emporetici tenuioris. Flores alterni, primum arcte adpressi, demum recurvato patuli. Calyx (C.) coriaceus, monophyllus, simplicissimus. Corolla bivalvis tenuissima, genitalia involvens. Stamina tria. (D.) Ovarium . . . .

In plusquam quadraginta floribus genitalia fœminea frustra quæsivi, nec eorum vel minimum deprehendere potui vestigium. Anne igitur planta naturaliter dioica, aut in meo specimine casu saltem mascula. Etiam hoc singulare habet hæc planta, quod ex vagina foliorum, unde aggregatæ nascuntur spicæ partiales, quæ demum formant paniculam spicato-virgatam, simul quoque numerosæ proveniant vibrissæ seu paleæ subulato-setaceæ; quas hactenus in nullo alio gramine vidi, & quæ forsan fuerint Linnæi cilia in basi foliorum.

Non posse hasce duas plantas cum Rottbœllia combinari, siquidem charactere e partibus fructificationis hausti, pluris valeant, quam illi ex fallaci habitu externo deducti, plane liquidum esse opinor. Proximam affinitatem cum Digitaria habere videtur O. *corymbosa*, si ejus flores melius erunt cogniti.

4. OLYRA.

LINN. *gen. pl.* 1045. *ed. Schreb.* 1406. JUSS. *gen. p.* 33. LAMARCK *ill. gen. t.* 751.

Flores sexu distincti in eadem panicula: masculi infra fœmineos. MAS. Cal. bivalvis uniflorus: valvulis lanceolatis, altera in aristam desinente. Cor. bivalvis. Stam. tria. FEM. Cal. bivalvis uniflorus: valvis ovato-acuminatis, concavis; altera extus multistriata, in aristam longam flexilem desinente; altera 3 — l. 5. striata, brevi mucrone terminata. Cor. bivalvis, persistens, demum sublapidea, semen incrustans, nec dimittens. Styl. simplex persistens. Semen tectum corolla sublapidescente.

OLYRA latifolia. Tab. 181. fig. 4.

Gramen paniceum majus, spica simplici lævi, granis petiolis insidentibus. SLOAN. *hist. jam.* 1. *p.* 107. *t.* 64. *f.* 2.

Olyra.

Olyra. LINN. *Syst. veg. ed. 14. p. 842.*

Olyra (paniculata) panicula terminali, culmo ramoso. SWARTZ *prod. p. 21.*
A Cl. THUNBERGIO.

PER. nullum, sed ejus loco valvulæ corollæ cartilagineæ aut sublapideæ, lævigatissimæ, splendentes, pallide albicantes, quæ semen arctissime claudunt, nec dimittunt.

REC. nullum.

SEM. ellipticum, a dorso paulo magis convexum quam a ventre, ibi vero glabrum, heic linea longitudinali inscriptum, spadiceum, stylo persistente terminatum.

ALB. farinosum, durum, candidissimum.

SCUT. subrotundum, quinta albuminis parte brevius, & in ejus dorso locatum.

EMB. minutissimus, linearis, rectus.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Pars racemi florum fœmineorum. b.) Calyx maturus hians. c.) Corollæ indnratæ latus dorsale. d.) Ejusdem pars ventralis, ubi valvulæ exterioris margo, ceu annulus, interiorem amplectitur. e.) Seminis dorsum. f.) Ejusdem venter. G.) Albumen transverse dissectum, cum scutello cotyledoneo in basi.

5. LYGEUM.

LINN. *gen. pl.* 70. *ed. Schreb.* 99. JUSS. *gen. p.* 33.
LAMARCK *ill. gen. t.* 39.

Spatha floralis monophylla, oblonga, striata, acuminata, in aristam mollem desinens, parte sua inferiore longitudinaliter dehiscens, unicum fructum continens. Cal. *proprius* superus, quadri - l. hexaphyllus, bi - l. triflorus: foliolis *exterioribus* per maturitatem pericarpio longioribus, lanceolato - oblongis, carinatis, paleaceis, rigidis; *interioribus* fructu duplo longioribus, ex ejus dissepimentis nascentibus, lineari subulatis, apice bifidis, introrsum carinatis, paleaceis, flexilibus. Cor. nulla, nisi calycem velis. Stamina intra singulas calycis valvulas geminatas, s. intra ejusdem foliola interiora atque exteriora, tria, adeoque in universum sex l. novem. Styli in singulis calycinis conjugationibus singuli. Nux hirsutissima, bi - l. trilocularis, bi - l. trisperma.

LYGEUM Spartum. Tab. 181. fig. 5.

Spartum herba; alterum CLUS. *hist. 2. p. 220. c. ic.*

Lygeum

Lygeum Loefl. *it. p. m.* 365. *t.* 2. Linn. *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 103. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 1. *p.* 316.

A Cl. Thunberg.

Per. Nux coriacea, dura, infera, hirsutissima, oblonge elliptica, basi attenuata, apice persistentibus calycinis foliolis coronata, bi - l. trilocularis, non dehiscens. Dissepimenta membranacea, tenuia, superne in calycis foliola interiora elongata.

Rec. nullum.

Sem. in singulo loculo unicum, oblongum, hinc convexum, inde planum aut angulatum, persistente stylo sibi proprio terminatum, e cinnamomeo rufescens.

Int. simplicissimum, membranaceum, facile detrahendum.

Alb. farinosum, candidissimum, friabile.

Scut. subrotundum, carnosum, album, in dorso seminis.

Emb. ovato-oblongus, deorsum valde acuminatus, crassus, lutescens.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Spatha dehiscens. b. b.) Nux separata, pilis undique contecta. c.) Eadem denudata, cum tribus foliolis calycinis. (d. d.) exterioribus, totidemque (e. e.) interioribus. f.) Nux trilocularis transverse dissecta. g. g.) Semina a dorso, & (h.) a ventre spectata. I.) Seminis sectio transversalis. K.) Scutellum cotyledoneum cum Embryone.

Pericarpium stricte loquendo nullum adest, sed calycis venter in nucem spuriam induratus, illud saltem æmulatur, ut in Xanthio & Ambrosia. Hinc quoque semina Lygei haud magis tecta aut infera dici debent, atque illa Rosarum; siquidem perinde intra calycis proprii ventrem conclusa atque propriis suis stylis dotata sint.

Meum exemplum ex iis fuit, quæ Lœflingius l. c. dicit rariora, & quæ mihi videntur magis naturalia, propter numerum partium ternarium, in monocotyledonibus generatim usitatiorem.

6. RESTIO.

Linn. *gen.* 1331. *ed. Schreb.* 1495. Juss. *gen. p.* 44. Lamarck *ill. gen. t.* 804.

Flores sexu distincti in diversis stirpibus. MAS. Cal. squamæ membranaceæ, unifloræ, in spicam ovatam digestæ. Cor. hexapetala, petalis membranaceis, oblongis persistentibus. Stamina tria. FEM. Cal. squamæ membranaceæ, unifloræ, in spicam ovatam, mari simillimam digestæ. Cor. hexapetala, caly-

calycis squama semper brevior: petalis persistentibus, membranaceis, inaequalibus: exterioribus tribus plerumque majoribus; interioribus minoribus & angustioribus. Ovarium superum. Styl. duo l. tres. Nucula lapidea, sessilis, unilocularis, evalvis, monosperma.

RESTIO scariosus. Tab. 181. fig. 6.

Restio culmo simplici folioso spicarum squamis lanceolatis scariosis. THUNB. *Diss. de Restione p. 15. n. 12.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Nucula parva, ovato-acuminata, lenticulari-compressa, ad margines acutissima, lapidea, rufescenti-ferruginea, nitida, unilocularis, evalvis.

REC. nullum, nec ejus vestigium, sed nucula in fundo corollae sessilis.

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, ex loculamenti apice pendulum.

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Spica feminea integra. b.) Calycis squama separata. c. C.) Corolla integra, a dorso seu parte sua exteriore & convexa spectata. D. E. E.) Petala exteriora separata: horum duo lateralia (E. E.) navicularia, carina in marginem membranaceum desinente. F. G. G.) Petala interiora, nucis ventri & lateribus accumbentia. h. H.) Nucula integra, separata. I.) Ejus sectio transversalis.

Corolla feminea in variis varia: in R. *scarioso*, *spicifero*, *distachio*. ROTTB. t. 3. f. 5. & aliis, plano-convexa, brevis, & duobus petalis navicularibus stipata est; contra autem in aliis oblonga, atque petalis omnibus subaequalibus dotata deprehenditur, ut in R. *triticeo* & *thyrsifero*. ROTTB. t. 3. f. 1. 4.

7. WILLDENOVIA. THUNB.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Spica ovata ex numerosis squamis calycinis unifloris, & ex corollulis hexapetalis tristemonibus composita, ut in Restione. FEM. Flos solitarius, plerumque terminalis. Cal. turbinatus, imbricatus squamis coriaceis, concavis, ovatis, acuminatis, inaequalibus. Cor. hexapetala, petalis rotundatis, concavis, aequalibus, scariosis; basi munita receptaculo proprio fungoso, tri- l. sexlobato. Nux lapidea, unilocularis, evalvis, monosperma.

WILLDENOVIA teres. THUNB. *in litt.*

Equisetum junceum nigrinodium. BREYN. *Cent. 176. t. 91.*

Restio (dichotomus) scapis floriferis longissimis, panicula filiformi nutante laxa, spicis oblongis squarrosis. ROTTB *pl. descr. & ic. p 2 t. 1 f. 1.* mas.

Restio culmo prostrato, ramis filiformibus secundis adscendentibus, spicis terminalibus pluribus. FRIS. *descr. 1772. p. 10. n. 3.*

Restio culmis dichotomis, spicis solitariis. LINN. *Syst. veg. ed. 14. p. 881.*

Restio dichotomus. Carpol. nostr. T. 2. p. 12. t. 82. f. 3.

PER. Nux elliptico-globosa, lapidea, glabra, extus & fractura nigro-castanea, intus pellicula alba vestita, unilocularis, evalvis, corolla persistente basi cincta.

REC. nullum: semen vertici nucis affixum.

SEM. unicum, ovato-globosum, pallide stramineum aut rufescens, lata area umbilicali nigro-fusca in vertice notatum.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. subcylindricus, brevissimus, monocotyledoneus, in basi albuminis locatus.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. b.) Involucrum femineum nucem excipiens. c. d.) Nux in situ naturali atque inverso, cum adhærentibus sibi feminei floris reliquiis. E.) Corolla separata. F. G.) Eadem inversa, cum orbiculo fungoso, trilobo, aut sexdentato. h.) Nux transverse secta. i.) Semen in situ naturali cum fusca verticis area. K.) Albumen transverse — & l.) idem longitudinaliter sectum.

Quamvis descriptioni partium feminearum hujus plantæ, in Operis nostri Vol. 2. l. c. traditæ, nil quidquam addendum habeamus, melius tamen esse duximus, illam verbo ad verbum huc transferre, ut comparatio cum præcedenti nec non cum sequenti genere reddatur facilior. Discrimen essentiale inter Willdenoviam & Restionem consistit itaque: 1° in Calyce femineo solitario turbinato & ex squamis pluribus imbricato. 2° in Corolla uniformi rosacea atque basi proprio receptaculo fungoso munita; & 3° in Nuce, corolla sua quadruplo longiore & constanter solitaria.

8. ELEGIA.

LINN. *mant. 2. p. 162. gen. pl. ed. Schreb. 1494.*

Flores sexu distincti in separatis plantis. MAS. Spica ovata, ex numerosis squamis calycinis unifloris & ex corollulis hexapetalis tristemonibus, ut in Restione composita. FEM. Flores glomerati, spathis partialibus vagis interstincti. Cal. subhemisphæricus, imbricatus squamis quinis-septenis, cartilagineis,

gineis, concavis, ovatis, argute acuminatis, angulo dorsali subcarinatis, inæqualibus. Cor. nulla, nec ejus vestigium in maturo calyce; (at secundum Linnæum & Rottbœllium hexapetala). Capsula ovato-pyramidata, tribus stylis persistentibus terminata, stellato-hexangularis, sexlocularis. Semina solitaria.

Elegia juncea. Tab. 181. fig. 7.

Restio culmis simplicibus, spica glomerata, spathis partialibus vagis simplicibus. Linn. *syst. veg. ed. 14. p. 882.*

Elegia juncea. Linn. *mant. 2. p. 297.*

A Cl. Thunberg.

Per. Capsula supera, coriacea, ovato-pyramidata, apice tribus stylis persistentibus terminata, tri-quadri- & frequentissime hexagono-stellata, tri-sexlocularis, ad angulos externos dehiscens.

Rec. *fructus* nullum, sed capsula fundo calycis arctissime adnata; *seminis* funiculus umbilicalis crassus, brevis, ex apice loculamentorum oriundus, semenque pendulum sustinens.

Sem. in singulo loculo singulum, ovato-oblongum, lenticulari-compressum, ferrugineum.

Int. simplex, membranaceum.

Alb. ....

Emb. ....

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Calyces feminei maturi separati. b.) Capsula denudata integra. C.) Eadem transverse dissecta. D.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum duobus loculis apertis, seminumque insertione. e.) Semen cassum, separatum, magnitudine naturali.

Liquet ex his, Elegiam, Willdenoviam & Restionem ex spicarum mascularum & ex totius habitus externi consensu, arctissimo utique affinitatis nexu inter se esse junctas; sed & perinde liquet, quod his non obstantibus, in unum genus compingi absolute nequeant: siquidem distinctiva inter Restionem & Willdenoviam signa, satis sint gravia, ut earum combinationem prorsus negent; &, quod Elegiam spectat, illa vel propter solum suum fructum capsularem & pluriloculare cum prioribus sociari non posset, si & omnia reliqua essent paria.

9. GAHNIA.

FORST. *gen. p.* 51. *t.* 26. LINN. *gram. gen. p.* 34. *Suppl. p.* 31. *gen. ed. Schreb.* 606. JUSS. *gen. p.* 27. LAMARCK *ill. gen. t.* 263.

Flores omnes hermaphroditi. Cal. bi- l. trivalvis: valvis ovatis, argute mucronatis, concavis, dorso subcarinatis, inæqualibus. Cor. bivalvis, caduca. Nectarium bivalve, hyalinum. Stam. sex, filamentis persistentibus, demum longissimis. Ovar. superum. Styl. duo, apice dichotomi. Nux utrinque acuminata, angulata, unilocularis, evalvis, monosperma.

GAHNIA procera. Tab. 181. fig. 8.

Gahnia procera. FORST. *gen. n. 26. Act. nov. ups. 3. p. 178.*

Gahnia paniculis pluribus elongatis, flosculis hexandris. FORST. *prodr. n. 158.*

Gahnia procera. LINN. *suppl. 211. Syst. veg. ed. 14. p. 345. Spec. pl. ed. Willd. T. 2. P. 1. p. 244.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Nux ossea, ovata, utrinque acuminata, angulata, rufescenti-spadicea, glabra, unilocularis, evalvis. Loculamentum farctum perinde substantia ossea, l. saltem valde dura, sed nigra, atque impressionibus annularibus profunde exarata: hæc substantia in nucibus immaturis fuliginoso-pulverulenta est.

REC. nullum.

SEM. unicum, campomorphum! s. teretiusculum, in annulos sex, vel septem, valde prominulos, quasi totidem articulos, distinctum, atque capitulo conico, plerumque annulis paulo crassiore terminatum, pallide spadiceum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. . . . .

EMB. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus paniculæ frugiferæ separatus. b.) Calyx maturus cum semine & filamentis persistentibus omnium longissimis. c.) Nucula separata, integra. d.) Eadem transverse dissecta. E.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ & figura seminis. F.) Semen denudatum, integrum.

Quantacunque etiam sit Gahniæ cum Schoenis nonnullis, ex habitu externo affinitas, tamen in unum genus compingi nequeunt, ob solum staminum numerum, persistentiam & miram elongationem, quorum simile nihil in

tota

tota Cyperoïdearum gente habetur, ut de ſingulari ſeminis forma ſileam. Hocce ſemen primum habui pro larva inſecti cujusdam, quæ nucleum deſtruxerit: poſtquam autem annulares impreſſiones in duriſſima nucis ſubſtantia interna vidi, & poſtquam eandem fabricam in octo aliis nucibus deprehendi; plane convictus fui, quod veriſſimum ſemen, nec inſecti larva ſit.

10. DILATRIS.

BERG. *cap*. 9. LINN. *ſuppl. p.* 10. *gen. pl. ed. Schreb.* 82. JUSS. *gen. p.* 59. LAMARCK. *ill. gen. t.* 34.

Cal. nullus niſi corollam velis. Cor. ſupera, hexapetala, in variis varia. Stam. tria, aut ſex tribus acceſſoriis breviſſimis, ſterilibus. Ovarium inferum. Styl. unicus. Capſ. trilocularis, trivalvis: diſſepimento triquetro libero. Sem. ſolitaria, bracteata, in medio ventre umbilicata.

DILATRIS viſcoſa. Tab. 182. fig. 1.

Dilatris petalis linearibus, corymbo faſtigiato villoſo viſcoſo. LINN. *Suppl. p.* 101. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 93.

Dilatris petalis linearibus, panicula villoſo-viſcida. THUNB. *prodr.* 10. *Act. ſoc. Berol.* 4. *p.* 48. LINN. *ſpec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 1. *p.* 247.

A Cl. THUNBERG.

PER. Capſula infera, ovata, rotunde trigona, villoſo-viſcoſa, trilocularis, trivalvis. Diſſepimentum ovato-oblongum, triquetrum, liberum, cum valvulis intus glaberrimis nullo modo connexum.

REC. cicatricula minima, in medio ſinguli lateris plani diſſepimenti.

SEM. ſolitaria, rotundata, bracteata, ſeu hinc leviſſime convexa, inde autem, ſ. in ventre ſubconcava aut planiuſcula & in ipſo centro minutiſſimo ſcrobiculo umbilicali notata; cæterum glabra, ferruginea, & per ambitum vix ſenſibiliter crenulata.

INT. ſimplex, membranaceum, arctiſſime adnatum.

ALB. cartilagineum aut carnoſum, durum, pallidum, ſemini conforme, ſed in baſi tribus dentibus profunde inciſum: quorum medius reliquis minor.

EMB. monocotyledoneus, ovato-globoſus, minutiſſimus, in medio albuminis dente hærens.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus maturus integer, cum flore perſiſtente. b.) Capſula villis denudata, trivalvis. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Diſſepimentum liberum ſeparatum. e.) Seminis dorſum. f. f. F.) Ejus pars ventralis. G.) Idem transverſe diſſectum. H.) Albuminis ſectio verticalis, cum ſitu & figura Embryonis.

In meo ſpecimine petala tria exteriora latiora, villoſa, excolora; tria vero interiora anguſte linearia, glabra, colorata; atque his ſtamina tria adjacent.

II. MASSONIA.

THUNB. *nov. gen.* 39. LINN. *ſuppl. pl. p.* 27. *gen. pl. ed. Schreb.* 552. JUSS. *gen. p.* 53. LAMARCK *ill. gen. t.* 233.

Cal. nullus, niſi corollam velis. Cor. ſupera, baſi globoſe tumida, ſupra ſexfida. Stam. ſex. Styl. unicus. Capſula triquetra, trilocularis, trivalvis. Sem. plura, globoſa, atra, interdum utrinque appendiculata. Flores umbellati, bracteis floralibus coloratis cincti, ut in Hæmantho.

MASSONIA latifolia. Tab. 182. fig. 2.

Maſſonia foliis ſubrotundis patentibus, laciniis corollae patulis. AIT. *hort. Kew.* I. *p.* 405. *t.* 3.

Maſſonia foliis rotundato - ovatis glabris. THUNB. *prodr.* 60. *Diſſ. nov. gen. pl.* 2. *p.* 40.

Maſſonia foliis orbiculatis glabris. LINN. *ſuppl. pl. p.* 193. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 318. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 2. *P.* 1. *p.* 28.

A Cl. THUNBERG.

PER. Capſula ſupera, oblonga, inverſe pyramidata, membranacea, ſubdiaphana, triquetra, trilocularis, trivalvis. Diſſepimenta mediis valvis adnata, anguſtiſſima, ſuperne deliqueſcentia, inferne ſeminifera.

REC. margo interior diſſepimentorum, cui ſemina utrinque affixa, ut eorum ſeries in ſingulo loculo gemina ſit.

SEM. plura, ad duodecim in quovis loculamento, atra, glabra, ſphærica; apice minutiſſima areola impreſſa, baſi in mucronem ut funiculum umbilicalem brevem durum deſinentia.

INT. ſimplex, ſubcoriaceum, tenue, arctiſſime adnatum.

ALB. ſphæricum, carnoſum, durum, album.

EMB. monocotyledoneus, ſubulatus, niveus, dimidio albumine longior & in ejus baſi locatus.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula junior, cum ſpatha florali lanceolata, colorata, quarum plures florum umbellam cingunt. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Valvulæ, e capſula penitus matura & grandiore, facies

facies interna, cum dissepimento & seminum insertione. d. D.) Semina soluta. E.) Albumen transverse dissectum. F.) Ejus sectio longitudinalis, cum situ & figura Embryonis.

MASSONIA nodicarpa. *ibidem.*

an *Massonia angustifolia.* Linn.?

Massonia e cap. bonae spei. THUNB. *in litt.*

Capsula (a.) elliptico-ovata, opaca, alba, triquetra, trilocularis, trivalvis: valvulis ab impressionibus seminum nodulosis s. pustulosis. Dissepimentum (b.) crassum, utrinque seminiferum. Semina (b. c. C.) in singulo loculo dena seu pauciora, atra, globosa, apice in mucronem brevem setaceum obliquum, & basi in funiculum umbilicalem rigidum producta. Albumen (D.) ut in praecedenti. Embryo (E.) subclavatus, niveus, dimidio albumine longior, atque vertici ejus, quam basi propior.

Sive nova sit species, sive una ex jam cognitis, aliis enodandum relinquo; essentialiter ab omnibus differt, seminibus utrinque apiculatis & quasi duabus ansis praeditis!

12. RENEALMIA.

PLUM. *gen.* *t.* 38. Tillandsia. LINN. *gen.* 396. *ed. Schreb.* 541. JUSS. *gen. p.* 50.

Cal. triphyllus, foliolis latis ovatis concavis striatis subinaequalibus; antice munitus squama florali consimili, sed paulo breviore. Cor. tripetala, membranacea, tenuissima, alba, petalis ovato-oblongis, calyce paulo brevioribus. Stam. sex, quorum tria in petalis persistentia. Ovar. superum. Styl. unicus. Caps. unilocularis, trivalvis, duplicata. Sem. plurima, apice crinita, basi appendiculata.

RENEALMIA pendula. Tab. 182. fig. 3.

Tillandsia pendula. THUNBERG *in litt.*

PER. Capsula supera, oblonga, sursum angustata, obtuse trigona, unilocularis, trivalvis, duplicata. Valvularum *lamina exterior* herbaceo-coriacea, excolor, in dorso sulco prominulo carinata, apice in mucronem brevem filiformem desinens, ut capsula paululum hians appareat trirostris. *Lamina interior* papyracea, ab exteriore penitus soluta, ovato-oblonga, obtusa, extus sordide cinerea, intus nigro-castanea, glabra, sub-splendens.

REC. nullum: semina in medio capsulae in tres glomerulos collecta atque caudis suis basi valvularum affixa.

SEM.

SEM. numerosissima, parva, teretiuscula, sordide nigricantia, basi cauda sublanceolata, & deorsum insigniter acuminata, albicante terminata, apice vero crinibus sericeis tenuissimis simplicissimis longissimisque coronata.

INT. duplex: *exterius*-submembranaceum, formatum ex ipsis coronæ crinibus, qui in seminis tota superficie in membranam constipantur, atque infra ejus basin in lanceolatam caudam iterum ampliantur; *interius* membranaceum, crassiusculum, ferrugineum, arctissime adnatum.

ALB. Semini conforme, teretiusculum, basi acuminatum, carnosum, durum, album.

EMB. monocotyledoneus, minutissimus. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a. a.) Racemus florum & fructuum. b.) Flos maturus separatus, calycem præsertim cum sua squama florali ostendens. c.) Corolla separata. d.) Capsula matura integra. e.) Ejus sectio transversalis. f.) Valvularum lamina utraque a parte sua interna spectata. g. G.) Semen integrum. H.) Ejus & albuminis sectio transversalis. I.) Albumen longitudinaliter dissectum.

Anne cuspides in valvularum laminis externis, totidem sunt stylorum reliquiæ? Ut caudarum origo & fabrica rite liquescat, in aqua emolliendæ sunt, ubi brevi totæ in crines resolvuntur, cum corona seminis continuos.

13. ARCTOPUS.

LINN. *gen.* 1165. *ed. Schreb.* 1601. JUSS. *gen. p.* 225. LAMARCK *ill. gen. t.* 855.

Planta diphyta, altera sterilis, quæ mas, altera fertilis, quæ fœmina vulgo dicitur.

MAS. Umbella *universalis* longa, ex umbellulis *partialibus* sparsis. Involucrum *universale* pentaphyllum breve; *partiale* quadri-l. pentaphyllum, foliolis, sub anthesin, ob-ovatis, spinulosis, longitudine flosculorum sessilium; post deflorescentiam autem mire grandescentibus, in folia coriacea, reticulato-nervosa, per ambitum spinulosa, convoluto-bullata, intra quorum singulum flos unicus femineus sterilis. Cal. utrique sexui superus, quinquedentatus & Cor. pentapetala. Stam. mascula quinque. Ovar. feminis subulatum, & styli duo setacei, longi recti.

FEM. Umbella simplex ex umbellulis partialibus solis involucratis. Involucrum monophyllum, quadrifidum, coriaceum, nervoso-reticulatum, in ambitu & extremitatibus superioribus spinis rigidis pungentibus armatum. Flosculi omnes sessiles, marium exacte similes, nisi quod feminei omnes, i. e. quaterni fertiles, & styli in his breves atque reflexi. Angidion inferum, biloculare, coriaceum. Sem. unicum, inversum.

ARCTO-

Arctopus echinatus. Tab. 182. fig. 4.

Arctopus ♂ foliis superne spinis stelliformibus echinatis laciniatis & in cilia diductis, floribus umbellatis. Burm. *afr. p. 1. t. 1.*

Arctopus. Linn. *syst. veg. ed. 14. p. 920.*

A Cl. Thunberg.

Per. Angidion inferum, ovato-rostratum, flore persistente coronatum, in dorso convexum, glabriusculum, & usque ad medium suæ longitudinis cum involucro arctissime conferruminatum, in ventre autem depressiusculum, crasso sulco elevato medio notatum, atque undique aculeolis parvis conspersum; cetera coriaceum, biloculare: altero loculamento anteriori, angusto, spurio, seu constanter inani; altero autem posteriore, latissimo, fertili.

Rec. nullum.

Sem. solitaria, in loculis posterioribus, rotundata, basi leviter emarginata, hinc convexa, inde ex sulco depresso concava, spadicea.

Int. simplex, chartaceum, tenue, facilius a nucleo, quam ab angidio secedens.

Alb. semini conforme, subcartilagineum, seu carnosum durum, album.

Emb. minutissimus, subglobosus, in apice albuminis. *Cotyl.* brevissimæ, vix discernendæ. *Rad.* obtusa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Involucrum plantæ sterilis defloratæ. b.) Foliolum involucri partialis adhuc immutatum. c.) Involucri partialis folium grandefactum bullatum. d.) Idem cum diductis suis labris, ut interiora pateant. e. E.) Flosculus femineus sterilis, persistens. f.) Involucrum plantæ fertilis, a parte sua inferiore spectatum. g.) Idem a parte prona visum, cum fructibus in situ naturali. h.) Angidion separatum integrum. I.) Idem transverse dissectum cum loculo anteriore spurio, & posteriore feminifero. k.) Seminis dorsum. i.) Ejusdem latus ventrale. M.) Albumen verticaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis.

Cum mascula planta constantissime sterilis sit, licet quaternos aut quinos in singulo involucro habeat flosculos femineos, mirandum, unde suam trahat originem formamque propriam? Nam vix credibile, quod pollen flosculorum masculorum plantæ fertilis suas femellas impraegnans, possit alias producere plantas, quam matribus suis simillimas. Ergo statuendum, aut quod pollen ex planta sterili, quandoque fœcundet ovaria plantæ fertilis, unde proles a matre diversa; aut quod pollen plantæ fertilis producere possit fœtus, in totum forma & destinatione diversos: id quod autem miraculo foret proximum, quia hoc in casu flosculi masculi plantæ sterilis præter omnem scopum atque necessitatem a natura fuissent producti. Habentur

tur quidem exempla variarum plantarum sexu & forma diversarum, & tamen ab eodem polline productarum; sed exemplum plantæ perfectæ & ex naturæ instituto sterilis, istoque modo genitæ, nullum, quod sciam, habetur.

14. ESCALLONIA.

LINN. *suppl. pl. p. 21. gen. pl. ed. Schreb.* 386.
JUSS. *gen. p.* 321.

Cal. superus, quinquefidus, segmentis persistentibus, demum ovato-mucronatis. Cor. pentapetala, petalis ligulatis distantibus. Stam. quinque. Ovar. inferum. Styl. unicus ex thalamo depresse conico elongatus atque stigmate orbiculari præpilatus. Bacca infera, coronata, bilocularis. Sem. numerosissima, nidulantia.

ESCALLONIA Myrtilloides. Tab. 182. fig. 5.

Escallonia. LINN. *suppl. pl. p. 156. Syst. veg. ed. 14. p. 242. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 1149.*

Escallonia foliis serratis mucronulatis subtus venosis. SMITH. *icon. ined. vol. 1. Fasc. 2. p. 30. t. 30.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Bacca infera, coronata dentibus calycis persistentibus & grandefactis, ac intra eos fastigiata in umbonem depresse conicum, striato-rugosum, in stylum desinentem; inferne subglobosa, glabra, subcoriacea, bilocularis. Dissepimentum in medio bipartitum, laminis dimidia baccæ latitudine latioribus atque hinc marginibus suis internis in alterutrum loculamentorum recurvatis. Loculamenta pulpa molli farcta.

REC. nullum: semina nidulantur in pulpa.

SEM. numerosissima, exilissima, spadicea aut rufescentia.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca coronata integra. b.) Eadem excussis calycis segmentis & denudato verticis umbone. c. C.) Baccæ sectio transversalis, cum dissepimenti laminis reflexis. d. D.) Semina soluta.

15. COPROSMA.

Forst. *gen. n.* 69. **Linn.** *ſuppl. pl. p.* 24. *gen. ed. Schreb.* 1593. **Juss.** *gen. p.* 205.

Cal. ſuperus, breviſſimus, quinquedentatus, caducus. Cor. infundibuliformis, quinque - ſeptemfida. Stam. quinque - l. ſeptem. Ovar. inferum. Styl. duo longiſſimi. Bacca unilocularis. Sem. octo, arillata.

Coprosma lucida. Tab. 182. fig. 6.

Coproſma pedunculis compoſitis. **Linn.** *ſuppl. pl. p.* 178. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 274.

A Cl. **Thunberg.**

Per. Bacca infera, non coronata, acinoſa, parva, ovata, atra, unilocularis.

Rec. *fructus* ſubrotundum, hiſpidum, baſi duobus foliolis reflexis involucratum, binis - ſenis baccis ſtipatum; *ſeminis* pedicellus capillaris ad ſingulum arillum e fundo baccæ pertingens.

Sem. octo, ſubulata, arillata.

Arilli oblongi, ſurſum attenuati; in dorſo ſulco elevato, rotundato, & in ventre rima longitudinali exarati, biloculares, loculis ope membranæ ſulci dorſalis inter ſe connexis: horum duo conſtanter ſibi juncti, totidemque pedicellis capillaribus breviſſimis innixi, unde in bacca longitudinaliter aperta duo tantum arillorum ſemina mentientium faſciculi apparent, etſi eorum in univerſum ſint quaterni, quorum ſingulus iterum duo in ſe continet ſemina.

Int. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum.

Alb. . . .

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. b.) Ovarium immaturum, cum calyce, corolla, & ſt[illegible] c.) Receptaculum fructus, baſi foliolis duobus involucratum & in medio ſuo pedunculo [illegible]ulis geminis ſubſtipularibus munitum. d.) Bacca integra, ab aqua paululum turgefacta. e.) Ejus ſectio transverſalis. F.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu arillorum per paria ſibi junctorum, & in duo corpora oblonga intra baccam diſpoſitorum. G.) Iidem arilli e bacca exemti. H.) Alterum arillorum par, in ſingulos arillos ſolutum. I.) Arilli ſectio transverſalis, conſpicilli vulgaris formam repreſentans, cum duobus ſuis loculis, per ſolam membranam ſulci dorſalis inter ſe cohærentibus. K.) Semen ſolutum & inſigniter grandefactum.

Nequaquam ad Umbelliferas, ſed omnino ad Rubiaceas hæc ſtirps pertinet, uti vel ex ſolis ſtipulis interfoliaceis atque infero ovarii ſitu facile conjicere licet. Calycis ſitum ſuperum & arillorum ſingulariſſimam formam, conjuga-

jugationem atque numerum diſtinctiſſime & repetito vidi, unde etiam de ſeminum numero certiſſimus ſum; ſed ſemina ipſa mihi videre non contigit.

(Icon Forſteri, l. c. fig. h. i. k. de hac ſpecie tradita, cum noſtro ſpecimine non prorſus convenit, forſan generice inter ſe differunt; cum Forſterus ſuæ plantæ baccam tribuit diſpermam.)

16. DAMNACANTHUS.

Cal. ſuperus, quinquedentatus, minimus, perſiſtens. Cor. . . . Stam. . . . Ovarium inferum. Bacca coronata, bilocularis. Sem. ſolitaria.

DAMNACANTHUS indicus. Tab. 182. fig. 7.

A Cl. THUNBERG. ſub nomine *Cariſſae ſpinarum.*

PER. Bacca infera, denticulis calycinis & intra eos annulo albo, a lapſu corollæ, coronata, piſiformis, rubra, acinoſa, bilocularis.

REC. nullum: ſemina fundo baccæ affixa.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda, hinc convexa, cum ſtria tenuiſſima dorſali, inde planiuſcula, glabra, pallide ſtraminea.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, tenue, fragile; *interius* tenuiſſimum albumini adnatum.

ALB. cartilagineum, aut carnoſum, durum, craſſum, pallidum.

EMB. minutiſſimus, ovato-conicus, niveus, in baſi albuminis, *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* obtuſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Bacca integra, naturali & aucta magnitudine. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Semina a dorſo & ventre ſpectata. D.) Semen transverſe diſſectum. E.) Albumen denudatum, integrum. F.) Ejus ſectio verticalis, cum ſitu embryonis. G.) Embryo ſolutus & inſigniter auctus.

Neque ad Cariſſam, neque ad Arduinam noſtra pertinet, ſed proprii generis planta eſt, cum ambabus bacca eſt ſupera; novum icirco illæ nomen hauſimus. *Spina ſpinarum Rumph. amb. 7. p. 37. t. 19. fig. 1.* diverſa hujus generis ſpecies eſſe videtur.

(Ad Canthium LAM. inter omnia, quæ novi, genera proxime accedit, a quo vero differt embryone minimo infero; Canthio vero ex fide ROXB. *Corom. pl.* t. 51. contigit embryo magnus centralis.)

17. GOUANIA.

JACQ. *amer. p.* 263. LINN. *gen.* 1157. *ed. Schreb.* 1592. JUSS. *gen. p.* 381. LAMARCK *ill. gen. t.* 845.

Calyx ſuperus, turbinatus, quinquefidus. Cor. pentapetala, petalis cucullatis ſtamina obtegentibus. Stam. quinque. Ovar. inferum. Styl. tres. Samaræ tres in fructum triquetrum trialatum coadunatæ. Sem. ſolitaria. Flores ſteriles ſæpe fertilibus mixti.

GOUANIA tomentoſa. Tab. 183. fig. 1.

Gouania foliis tomentoſis. JACQ. *hiſt. amer. p.* 263.

an *Gouania (crenata,) foliis ovatis crenatis ſubvilloſis breviter petiolatis.* LAMARCK *enc.?*

A Cl. THUNBERG.

FRUCT. inferus, calycis tubo perſiſtente triplicato coronatus, triqueter, trialatus, tripartibilis, ſ. ex tribus ſamaris compoſitus.

PER. Samara parva, hinc convexiuſcula, inde angulata, ovata, deorſum acuminata, utrinque ala magna rotundata fragili terminata, unilocularis, evalvis, chartacea, ſubfuſca.

REC. *commune*, ſetæ tres capillares ſamararum apici obtuſo inſertæ; *proprium* nullum, ſemina fundo loculamenti affixa.

SEM. ſolitaria, in univerſum tria, ovata, deorſum acuminata, hinc valde convexa, inde angulata, lævigatiſſima, ſplendentia, atra aut caſtanea.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum fragile; *interius* membranaceum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album.

EMB. erectus, longitudine fere albuminis. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, diſcreta, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

1. a.) Racemi frugiferi pars. b.) Fructus ſeparatus, aliquantulum naturali major. c.) Ejus ſectio transverſalis. d.) Receptaculum commune triſetoſum, cum ſamaræ ſolitariæ facie interna. e.) Semina integra, ab utroque latere ſpectata. F.) Seminis ſectio transverſalis. G.) Albumen denudatum. H.) Ejus ſectio verticalis, cum ſitu & figura Embryonis.

Huc omnino ſpectat *Retinaria ſcandens. Carpol. Vol.* 2. *p.* 187. *t.* 120.

18. HYDROPITYON.

Cal. inferus, pentaphyllus: foliolis ovatis concavis magnis incumbentibus. Cor. pentapetala, calyce paulo brevior: petalis ovato-rotundatis concavis.

 Stam.

Stam. decem: *filamentis* crassis brevibus, apice dorso antherarum & basi receptaculo genitalium carnoso & molliter longeque villoso insertis: *antheris* obesis, cordatis, bilocularibus. Ovar. superum, oblongum, desinens in *stylum* simplicem, *stigmate* orbiculato praepilatum. Capsula monosperma, aut Semen nudum, compressum, sulcatum.

HYDROPITYON zeylanicum. Tab. 183. fig. 2.

Tsiunda-tsiera. RHEED. *mal.* 12. *p.* 71. *t.* 36.

Hottonia flore solitario ex foliorum alis. BURM. *zeyl.* 121. *t.* 55. *f.* 1.

Hottonia pedunculis axillaribus unifloris. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 195.

Hottonia pedunculis axillaribus, foliis multifidis. WILLD. *spec. pl.* T. 1. P. 2. *p.* 813.

A Cl. THUNBERG.

PER. Capsula unilocularis monosperma; aut Semen nudum ovato-oblongum, compressum, utrinque elevato-trisulcatum; posterius mihi magis videtur verisimile.

REC. . . .

SEM. . . .

INT. . . .

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURAE.

a, a.) Ramulus floridus. b.) Calyx cum foliolis suis sibi mutuo incumbentibus & ex parte occultantibus. c.) Corolla explanata. D.) Stamina in receptaculo carnoso & carnosis quoque villis longitudine fere staminum stipato. E.) Stamina separata ab anteriore & posteriore parte spectata. f. F.) Ovarium immaturum, magnitudine naturali & aucta. G.) Idem transverse dissectum.

Ipse Linnaeus in Syst. nat. ed. 12. p. 152. de genere hujus plantae & rectissime quidem dubitavit, nam cum Hottonia ne umbram quidem conformitatis habet, & per se ab omnibus reliquis generibus distinctum est. Suspicor fructum maturum esse Semen nudum aut Nucem coriaceam, longitudinaliter sulcatam & monospermam. In ovario nimis immaturo nil intus distincti vidi, praeter rimam transversalem, absque ullo dissepimenti vestigio.

19. HEMI-

19. HEMIMERIS.

THUNB. *nov. gen.* 74. LINN. *suppl. pl. p.* 45. *gen. ed. Schreb.* 1016. JUSS. *gen. p.* 120.

Cal. monophyllus, quinquepartitus. Cor. monopetala, rotata, quinqueloba: lacinia una majore obcordata. Stam. duo aut quatuor didynama. Ovar. superum. Styl. simplex. Capſ. ſubgloboſa, bilocularis. Diſſep. valvis contrarium. Sem. numeroſa.

HEMIMERIS montana. Tab. 183. fig. 3.

Hemimeris diandra, foliis oppoſitis ovatis ſerratis, caule erecto. LINN. *ſuppl. pl. p.* 280. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 561. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 3. *P.* 1. *p.* 282.

A Cl. THUNBERG.

PER. Capſula parva, ſubgloboſa, tenuis, a ſeminibus protuberantibus puſtulata, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum valvularum medio dorſo & ſimul receptaculo inſertum.

REC. oblongum, craſſum, fungoſum, ſolidum, cum diſſepimento connatum.

SEM. numeroſa, parva, ovata, deorſum acuminata, angulata, elevato puncticulata, ruſeſcentia.

INT. ſimplex, membranaceum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, aqueo-pallidum.

EMB. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Plantula fere integra, cum capſulis magnitudine naturali. A.) Capſula integra, aucta. B.) Eadem transverſe diſſecta, cum receptaculo centrali ſolido. C.) Ejusdem valvulæ dehiſcentes. d. D.) Semina ſeparata integra. E.) Ejus ſectio transverſalis.

Major gibboſitas loculamenti alterius, minime debet inter ſigna generis characteriſtica recipi, ut vult Linn. *jun.*, ſiquidem in ipſa noſtra ſpecie penitus deficiat. Nec bona eſt Linnæi H. *montanae* phraſiuncula ſpecifica, quandoquidem in meo exemplo folia ſuperiora ſint oblonge-elliptica & integerrima; inferiora autem reniformia, crenata & ex renis pelvi petiolata: ut ſane de ſpecie meæ plantæ dubitaſſem, niſi eam ab ipſo generis inventore habuiſſem.

20. THUNBERGIA.

LINN. *suppl. pl.* 46. THUNB. *nov. gen.* 22. SCHREB. *gen. pl.* 1058. JUSS. *gen. p.* 103. LAMARCK *ill. gen. t.* 549.

Cal. duplex: *exterior* diphyllus maximus; *interior* monophyllus, multifidus, exteriore triplo brevior. Cor. monopetala, campanulata, limbo quinquelobo æquali. Stam. quatuor didynama. Ovar. superum. Styl. simplex cum stigmate bilobo. Caps. inferne globosa, superne compresse rostrata, bilocularis. Sem. in loculis gemina, meniscoidea.

THUNBERGIA javanica. Tab. 183. fig. 4.

A Cl. THUNBERG. cum sequenti.

PER. Capsula utroque calyce basi vestita, ibique globosa, superne autem in rostrum pugioniforme, compressum, rigidum desinens; bilocularis, bivalvis. Dissepimenta membranacea, dorso medio valvularum inserta.

REC. angustum, ex rostri basi deorsum productum & cum dissepimento conferruminatum, ac circa medium quatuor lobulis rotundatis carnosis auriculatum: qui seminum cavitatibus immittuntur.

SEM. in singulo loculo gemina, subrotunda, meniscata, seu in dorso planiuscula aut levissime convexa & obsolete rugata; in ventre autem ampla cavitate rotunda & paululum excentrica exsculpta, cujus oram annulus crassus, cartilagineus, albus cingit.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. viridis, rotundatus, compressus. *Cotyl.* foliaceæ, conduplicatæ, atque sibi mutuo ita junctæ, ut commissura laminarum unius cotyledonis accumbat rimæ dehiscenti alterius; & sic vice versa. *Rad.* minutissima, acuminata, non discreta, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, cum calyce exteriore. b.) Eadem cum calyce interiore. c.) Ejusdem dehiscentis valvula altera, cum seminibus in situ naturali. d.) Ejusdem sectio transversalis. e.) Receptaculum alterius loculamenti, lobulis carnosis auritum. f.) Seminis latus dorsale. g.) Ejusdem pars ventralis. H.) Ipsius sectio transversalis a parte ventrali spectata. I.) Embryo solutus. K.) Cotyledonum sectio transversalis.

Quibus occasio data est recentia videndi semina, scrupulose inquirant in Cotyledonum structuram intricatissimam; mihi sola duo semina vetusta, hac in parte, non satisfecerunt.

THUNBERGIA capensis. *ibidem.*

Thunbergia. LINN. *suppl. pl. p. 292. Syst. veg. ed. 14. p. 558.*

Thunbergia foliis ovatis obtusis, caule diffuso. WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 388.*

Icon. RETZ. *act. lund. 1. p. 163.* LAMARCK *ill. gen. t. 549. f. 1.*

Calyx exterior maturus (a.) longitudine fere capsulæ, totus setulis rigidis scaber. Cal. interior uti & tota capsulæ conformatio præcedenti ex asse similes. Semina elliptica, hinc (b.) convexa & scrobiculato-rugosa; inde (c.) cavitate oblonga meniscata, cujus aperturam simplex margo tumidulus subfungosus sordide rufescens ambit. Color in his pallide stramineus, qui in præcedentibus fuscus. Embryonem ob semina omnia cassa scrutari non licuit.

21. LISIANTHUS.

BROWN. *jam. t. 9.* LINN. *mant. pl. 1. p. 6. gen. pl. ed. Schreb. 274.* JUSS. *gen. p. 142.* LAMARCK *ill. gen. t. 107.*

Cal. quinquepartitus, laciniis carinatis margine membranaceis. Cor. monopetala, basi angustata, tubo superne ampliato, limbo quinquefido. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. unicus, stigmate bilobo. Capſ. ovata, bilocularis, bivalvis, valvularum marginibus intortis. Sem. numerosa, parietalia.

LISIANTHUS chelonioides. Tab. 183. fig. 5.

Lisianthus glaber, foliis oppositis subconnatis, panicula terminali dichotoma ramosa. LINN. *suppl. pl. p. 134. Syst. veg. ed. 14. p. 197. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 827.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Capsula ovata, stylo persistente rostrata, bilocularis, bivalvis, duplicata: Lamina *exterior* herbacea, tenuis per maturitatem sponte secedens; *interior* chartacea, duriuscula, marginibus suis inflexis loculamenta formans. Dissepimenta duplicata, ex laminæ interioris capsulæ marginibus inflexis, & deinceps finibus suis intra loculorum cavitates fere spirali modo intortis.

REC. nullum: semina parietibus internis capsulæ & dissepimentorum undique affixa.

SEM. numerosissima, minutissima, angulata, rufescentia.

INT. simplex, membranaceum.

ALB.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, aqueo-pallidum.

EMB. teretiuſculus, niveus. Cotyl. . . . *Rad.* centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra. B.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Eadem dehiſcere incipiens. d. D.) Semina ſoluta. E.) Albumen transverſe ſectum.

Etſi ſemina perquam ſint minutula, embryonis tamen ſubſtantiam niveam diſtinctiſſime vidi; at cotyledones ob ſummam partium minutiem diſcernere non potui.

22. SOLDANELLA.

TOURN. *inſt.* *t.* 16. LINN. *gen.* 199. *ed. Schreb.* 260. JUSS. *gen. p.* 97. LAMARCK *ill. gen. t.* 99.

Cal. quinquepartitus, perſiſtens. Cor. campanulata, ore lacero multifido. Stam. quinque, filamentis apice bifidis; antheris ſagittatis adnatis. Ovar. ſuperum. Styl. unicus. Capſula oblonga, oblique multiſtriata, unilocularis, apice dentibus ſubdenis dehiſcens. Sem. plura.

SOLDANELLA alpina. Tab. 183. fig. 6.

Soldanella alpina. CAM. *epit.* 254.

Soldanella alpina rotundifolia. B. MORIS. *hiſt.* 2. *S.* 3. *t.* 15. *f.* 8.

Soldanella. LINN. *ſyſt. veg. ed.* 14. *p.* 194. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 2. *p.* 808.

Icon. JACQ. *auſtr. t.* 13.

PER. Capſula oblonga, teretiuſcula, ſurſum leviter gracileſcens, ſtriis numeroſis longitudinalibus & paululum obliquis exarata, unilocularis, apice dentibus 6 — 10. brevibus dehiſcens.

REC. columnare, centrale, liberum, pedicellatum profunde & quaſi lamellatim ſulcatum, dimidia capſula brevius.

SEM. numeroſa, ovata, verſus umbilicum acuminata, angulata aut utrinque convexa, glabra, fuſco-ferruginea.

INT. ſimplex, membranaceum.

ALB. carnoſum, aqueo-pallidum, tenue.

EMB. ſubcylindricus, rectus, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra. B.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Eadem longitudinaliter diſſecta, cum ſitu & figura receptaculi. d. D.) Semina ſoluta & (d.) paululum in aqua turgefacta; nam exſiccata multo minora ſunt. E.) Albumen transverſe, & F.) Idem longitudinaliter diſſectum cum ſitu & figura Embryonis.

23. CYCLAMEN.

TOURN. *inſt.* t. 68. LINN. *gen.* 201. *ed. Schreb.* 262. JUSS. *gen.* 97. LAMARCK *ill. gen.* t. 100.

Cal. ſemiquinquefidus, perſiſtens. Cor. quinquefida, tubo brevi, laciniis longis reflexis. Stam. quinque; antheris conniventibus. Ovar. ſuperum. Styl. & Stigma ſimplex. Capſula globoſa, unilocularis, chartacea, apice quinquefariam dehiſcens. Receptac. liberum, pedunculatum, baccatum, ſemina immatura obtegens. Sem. plura, ovata, cum ſcrobiculo umbilicali, ventrali.

CYCLAMEN europæum. Tab. 183. fig. 7.

Cyclaminus. CAM. *epit.* 35.

Cyclamen flore cernuo, ſegmentis revolutis. HALL. *helv. n.* 635.

Cyclamen corolla retrofexa. LINN. *ſyſt. veg. ed.* 14. *p.* 194. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 2. *p.* 809.

Icon. LOBEL. *Icon.* 604. BLACKW. *herb.* 2. *t.* 147. JACQ. *flor. auſtr.* 5. *t.* 401.

PER. Capſula globoſa, baſi calyce perſiſtente munita, chartacea, tenuis, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.

REC. ante plenam maturitatem totum carnoſum, laminaque carnoſa ſemina obvolvens, poſtea ſpongioſum & ſemina ſuperficiei ſaltem immerſa gerens; cætera ſubgloboſum, craſſe pedunculatum, liberum.

SEM. plurima, multis tamen abortientibus; ovato-elliptica, hinc convexa, inde foveola umbilicali in medio ventre exarata, e luteo-rufeſcentia.

INT. ſimplex, albumini arctiſſime adnatum.

ALB. cartilagineum, ſemini conforme, pallidum.

EMB. tereti-acuminatus, niveus, ſubcurvatus, extra axem prope dorſum albuminis ita locatus, ut curvuli ſcapi arcus (cum *Cotyledonibus* incumbentibus ſemiteretibus acuminatis breviſſimis) umbilicum reſpiciat, incraſſata autem *Radicula* verſus peripheriam vergat, & re ipſa centrifuga ſit, licet ob receptaculum commune inferis aut centripetis annumerari debeat.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus immaturus. B.) Idem transverse dissectus. C.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum receptaculi communis situ & figura. d.) Capsula matura apice dehiscens. e. E.) Seminis facies ventralis. f. f. F.) Ejusdem latus dorsale. G.) Albumen transverse dissectum. H.) Ejusdem sectio longitudinalis per medium ventrem & dorsum instituta, cum Embryonis figura & situ. I. (K.) Embryo solutus & insignissime grandefactus.

Longitudine & curvatura aliquantum variat hic Embryo: in aliis enim fere ipsius albuminis longitudinis est; & contra in aliis vix dimidio albumine paulo longior. Et ita quoque in aliis sigmoideo - aut arcuato - curvatus est; in aliis vero fere rectus; sed in omnibus constanter excentricus.

(Embryo in hac stirpe admodum fallax est; in plurimis enim exemplis, quæ Pater defunctus scrutinio subjecit, ad unum omnes invenit totos solidos; quamvis omnes oculorum intenderit nervos, optimasque adhibuerit lentes Naernianas, ut geminam detegeret cotyledonem, sed frustra. Ex figura autem K.), post descriptionem factam adjecta, elucet, ipsum tandem denique unicum ex centenis reperiisse embryonem *dicotylodoneum*, de quo autem in descriptione ne verbulum quidem fecit. Embryo itaque revera dicotyledoneus est, cotyledonibus autem, in plurimis exemplis, brevissimis & vix ac ne vix quidem discernibilibus.)

24. CORIS.

TOURN. *inst. t.* 423. LINN. *gen.* 243. *ed. Schreb.* 329. JUSS. *gen. p.* 96. LAMARCK *ill. gen. t.* 102.

Cal. monophyllus, ventricosus, apice quinquedentatus; dentibus nigro-sphacelatis, extra dentes setis aut spinis quinque pungentibus armatus, capsulam occultans. Cor. tubulosa, quinquefida, irregularis. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. & Stigma simplex. Capsula globosa, unilocularis, quinquevalvis. Sem. quinque.

CORIS monspeliensis. Tab. 183. fig. 8.

Symphytum petræum. CAM. *epit.* 699.

Coris. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 219. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1000.

PER. Capsula globosa, intra calycem persistentem latens, unilocularis, ultra medium, in quinque valvulas dehiscens, & infra has integerrima, hyalina.

REC. *Cupula* parva, subhemisphærica, quinquedentata, intus per septula tenuissima in quinque loculos divisa, carnosa, fundo capsulæ affixa.

SEM.

SEM. quinque, subovata, deorsum acutiora, angulata, atra, angulis internis loculorum receptaculi mediante funiculo umbilicali brevissimo affixa.

INT. simplex, membranaceum, arctissime adnatum.

ALB. Semini conforme, crassum, carnosum, aqueo-glaucum, opacum.

EMB. filiformi-teres, longitudine fere albuminis, rectus, niveus. *Cotyl.* brevissimae. *Rad.* longa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Spica ex calycibus maturis. A.) Calyx auctus integer, cum dentibus suis nigro sphacelatis & spinis quinque extra dentes positis. B.) Idem longitudinaliter apertus, cum capsula clausa. c.) Capsula dehiscens, magnitudine naturali. D.) Receptaculi cupula quinquedentata, in fundo capsulæ apertæ. E.) Cupulæ in loculamenta divisæ facies interna. f.) Semina soluta. G.) Albumen transverse, & H.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis. I.) Embryo separatus.

25. DORAENA.

THUNB. *jap.* 6. *nov. gen.* 59. LINN. *gen. ed. Schreb.* 264. JUSS. *gen. p.* 420.

Cal. quinquefidus: laciniis parvis; ovatis, concavis. Cor. monopetala, rotata; tubus subcylindricus, calyce paulo longior: limbus quinquepartitus, æqualis. Stam. quinque. Ovar. superum, squamulis quinque nectariferis coronatum. Styl. simplex; stigma truncatum, emarginatum. Bacca sicca squamulis nectariferis, stylo appressis, conice acuminata, unilocularis. Sem. numerosa, parva, pyramidata.

DORAENA japonica. Tab. 184. fig. 1.

Doraena. THUNB. *jap.* 84. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 194. *Spec. pl. ed Willd. T.* 1. *P.* 2. *p.* 812.

A Cl. THUNBERG.

PER. Angidion coriaceum, (Bacca sicca) globosum, umbone conico, ex squamulis quinque stylo arcte appressis, terminatum, multistriatum, uniloculare, magnitudine grani piperis.

REC. carnosum, liberum, basi affixum, profundissime alveolatum, ut excussis seminibus totum setis hispidum appareat.

SEM. numerosa, supra quinquaginta, parva, angulata, versus umbilicum argute pyramidata.

INT. simplex, membranaceum.

Alb. femini conforme, carnofum, aqueo - pallidum.

Emb. teretiufculus, rectus, albus. *Cotyl.* breviffimæ. *Rad.* cylindrica, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Extremitas rami, cum florum inapertorum racemulo axillari. b.) Racemus frugifer, cum angidiis magnitudine naturali. B.) Angidion feparatum, cum fquamulis ftylum cingentibus paululum diductis. C.) Receptaculi communis figura & fitus. D.) Angidii cortex transverfim diffectus. e. e. E.) Semina feparata. F.) Albumen transverfe, & G.) Idem longitudinaliter diffectum, cum fitu & figura embryonis.

Squamulæ pericarpium coronantes atque ftylum arctiffime amplexantes, effentialem præbent hujus generis characterem. Folia rigida funt ficuti Lauri.

26. PALLASIA.

Linn. *fuppl. pl. p. 37. gen. pl. ed. Schreb. 834.*
Juss. *gen. p. 83.*

Cal. pentaphyllus, foliolis ovatis obtufis fubinæqualibus perfiftentibus reflexis. Cor. nulla, nifi calycem velis. Stam. 12—15. perfiftentia. Ovar. fuperum. Styl. tres, ftigmatibus capitatis. Nux compreffe tetragona, coriacea, unilocularis, evalvis, angulis ala duplici membranacea inftructis. Sem. unicum, erectum.

Pallasia cafpica. Tab. 184. fig. 2.

Pterococcus aphyllus. Pall. *it. ruth.* 2. *p.* 738. *t.* S.

Pallafia pterococcus. Pallas. *flor. rofs.* 2. *p.* 70. *t.* 77. 78.

Calligonum fructibus alatis, alis membranaceis crifpis dentatis. L'Herit. *Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 180. Willd. *Spec. pl. T.* 2. *P.* 2. *p.* 927.

Pallafia. Linn. *fuppl. p.* 252. *Syft. veg. ed.* 14. *p.* 455.

A Cl. Thunberg.

Per. Nux coriacea, ovata, utrinque acuminata, verfus bafin contorta, compreffe tetragona, fordide fufca aut nigro-caftanea, unilocularis, evalvis. Anguli collaterales approximati, prominentes: fingulo, duplici ala maxima, ovato-rotundata, ftriata, in ambitu ferrato-lacera, pallide ftraminea, atque per maturitatem laminis fuis contortis totam nucem abfcondente, inftructo. Loculamentum ab introrfum prominenti angulo acuto ex nucis lateribus anguftioribus cruciato-quadrangulare.

Rec.

Rec. nullum; semen fundo nucis arcte adnatum.

Sem. unicum, ovato-acuminatum, cruciato-molendinaceum, spadiceum, aut pallidum, ad basin nigro-sphacelatum.

Int. simplicissimum, albumini arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, farinosum, candidissimum.

Emb. linearis, erectus, compressus, sublutescens, longitudine fere albuminis. *Cotyl.* lineari-oblongae, angustissimae, tenuissimae. Rad. filiformis, infera.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Nux integra in situ pendulo. b.) Ejus sectio transversalis, cum alis ad singulos angulos geminatis. c.) Eadem excussis alis plane denudata, cum calyce staminibus & stylis persistentibus. d.) Semen decorticatum. E.) Ejus & albuminis sectio transversalis. f. F.) Embryo separatus.

Saepe albuminis latus longius alterum penitus deficit, atque embryo ab uno latere solo seminis integumento proprio contectus est. Differt a congeneribus suis embryone certissime erecto, nec inverso, uti Cl. Pallas it. l. c. innuisse videtur. Embryonem primum pro monocotyledone habui, quia cotyledones inter se conglutinatae, nec sponte nec cultro dividuntur; sed transversim sectae manifestam rimam transversalem ostendunt, ut de earum vero numero dubium esse non possit.

27. TORENIA.

Linn. *gen.* 754. *ed. Schreb.* 1011. Juss. *gen. p.* 122.

Cal. monophyllus, ovato-oblongus, angulatus, supra bifidus: anguli lateris alterius terni, membranacei, in totidem cuspides labii superioris excurrentes; alterius lateris anguli gemini, pariter membranaceo-alati, simplici l. rarius duplici cuspide terminati. Cor. monopetala, tubulosa, fauce ampliata, limbo quadrilobo, inaequali. Stam. quatuor didynama; duobus brevioribus anthera simplici fertili; duobus autem longioribus antheris geminis divaricatis, effoetis. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate bifido. Caps. elliptico-oblonga, bilocularis, bivalvis. Sem. numerosissima, minutissima.

Torenia asiatica. Tab. 184. fig. 3.

Kaka-pu. Rheed. *mal. 9. p. 103. t. 53.*

Euphrasiae affinis pusilla planta. Pluk. *phyt. t. 373. f. 2.*

Torenia. Linn. *syst. veg. ed. 14. p. 559.*

Tore-

Torenia glabra, caule repente. WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 265.*
Icon. LAMARCK *ill. gen. t. 523. f. 1.*
A Cl. THUNBERG.

PER. Capsula elliptico-oblonga, membranacea, tenuissima, subtransparens, bilocularis, bivalvis, calyce persistente tecta. Dissepimentum valvis parallelum, membranaceum.

REC. lineari-oblongum, convexum, dissepimento utrinque adnatum.

SEM. numerosissima, minutissima, subovata, tuberculato inaequabilia, pallide sulphurea, subdiaphana.

INT. simplicissimum.

ALB. carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Calyx cum & absque corolla. b.) Capsula denudata cum calycis angulis quinis membranaceo-alatis. c.) Eadem dehiscens, cum dissepimento & receptaculo eidem adnato. d.) Ejusdem sectio transversalis. e. E.) Semina soluta. F.) Albuminis sectio transversalis.

Corollæ figura in icone nostra non satis certa est, utpote ad specimen valde mutilatum facta & ex conjectura integrata. Embryonem ob summam partium seminisque ipsius minutiem distinguere non valui. Capsula & calyx per aliquod tempus in aqua detenta eam luteo colore inficiunt.

28. DEUTZIA.

THUNB. *nov. gen.* 19. *jap.* 10. LINN. *gen. ed. Schreb.* 776.
JUSS. *gen. p.* 431.

Cal. inferus, turbinatus, monophyllus, quinquefidus, tomentosus, parvus. Cor. penta-heptapetala; petalis ovato-oblongis, albis, calyce duplo longioribus. Stam. decem: filamentis corolla paulo brevioribus, linearibus, apice tricuspidatis; antheris obesis didymis, intermediæ cuspidi affixis. Ovar. superum. Styl. tres. Caps. globosa, truncata, umbilicata, tricocca, stylis tribus persistentibus aristata. Sem. plura, membranaceo-compressa, scobiformia.

DEUTZIA scabra. Tab. 184. fig. 4.

Deutzia. THUNB. *jap. 185. t. 24.* LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 425. Spec. pl. ed. Willd. T. 2. P. 1. p. 730.*
A Cl. THUNBERG.

PER.

Per. Capſula urceolato-globoſa, ſ. apice truncata, & ampliſſime umbilicata, obſolete trigona, tribus ſtylis perſiſtentibus ariſtata, corticata, tricocca, trivariam a baſi dehiſcens. Cortex tenuis, cinereus, punctis minutiſſimis calloſis ſcaber. Cocculi tres aut quatuor chartacei, uniloculares, in dorſo convexi, ad latera cuneiformi compreſſi, & in medio ventre, ampla cavitate ex propria & demum dehiſcenti membrana facta, exarati atque ſtylo perſiſtente rigefacto muniti.

Rec. nullum; ſemina convexæ parti membranæ cocculorum ventralis prope verticem affixa, deorſum pendula atque imbricata.

Sem. plura, ad duodecim in ſingulo cocculo, oblonga, verſus apicem acuminatiſſima, ad baſin latiora & denticulata, cetera foliaceo-compreſſa, ſcobiformia, fuſca.

Int. ſimplex, membranaceum, ſupra & infra nucleum in tenuem laminam elongatum.

Alb. ſemine dimidio brevius & in ejus medio hærens, ovatum, lenticulari-compreſſum, carnoſum, pallidum.

Emb. longitudine fere albuminis, gracilis, compreſſus, inverſus. *Cotyl.* minutiſſimæ, obtuſæ. *Rad.* longa, recta, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Flos integer cum corolla heptapetala. b. B.) Filamenta ſeparata, apice tricuſpidata. c.) Racemulus, cum capſulis maturis integris. D.) Capſula transverſim diſſecta. e. f.) Cocculi ſeparati a dorſo & a ventre ſpectati. G.) Cocculus transverſe diſſectus. h. H.) Semina ſeparata. I. K.) Seminis ſectio transverſalis & longitudinalis cum ſitu & figura Embryonis intra albumen.

29. VIRECTA.

Linn. *ſuppl. pl. p. 17. gen. ed. Schreb. 312.*
Juss. *gen. p. 200.*

Cal. ſuperus, perſiſtens, margine membranaceo anguſtiſſimo, & extra hunc dentibus quinis ſubulatis longis fructum coronans. Cor. monopetala, infundibuliformis: limbo quinquelobo æquali; lobis obovatis. Stam. quinque. Ovar. inferum. Styl. ſimplex. Capſula piſiformis, dentibus calycis ſubulatis coronata, bilocularis, bivalvis? Sem. numeroſa, receptaculo centrali affixa.

Virecta virens. Tab. 184. fig. 5.

Virecta virens. Cl. Thunberg. *in litt.*

Per. Capsula infera, margine angustissimo, dentibusque calycis quinque subulatis coronata, globosa, setulis minimis rigidis hispida, nervisque quinque longitudinalibus depressiusculis insignita, nec tamen angulata, bilocularis, bivalvis? dissepimento membranaceo valvis contrario.

Rec. carnosum, centrale, cum dissepimento connatum, profundissime alveolatum, ut excussis seminibus, totam ejus superficiem obtegentibus, hispidum appareat.

Sem. numerosa, parva, angulata, excavato-punctata, spadicea.

Int. simplex, membranaceum.

Alb. carnosum, aqueo-pallidum.

Emb. cylindricus, albus. *Cotyl.* obtusae, brevissimae. *Rad.* centripeta.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Flos integer magnitudine naturali. b. B.) Capsula matura, integra. C.) Ejus sectio transversalis, cum receptaculo & dissepimentis. d. D.) Semina soluta. E. F.) Albuminis sectio transversalis & longitudinalis, cum situ & figura Embryonis.

Capsula certissime bilocularis est; utrum vero bivalvis sit, uti ex meo specimine apice hiante quodammodo conjicere licet, certo non affirmaverim. Quid Linnaeus per *receptaculum una seminum serie obtectum* voluerit? ego non intelligo: nam in carnosis receptaculis alia seminum positio, nisi quae totam superficiem simplici seminum strato obtegat, non datur, exceptis seminibus nidulantibus.

30. ELLISIA.

Linn. *gen.* 244. *ed. Schreb.* 268. Juss. *gen. p.* 129.
Lamarck *ill. gen. t.* 97.

Cal. profunde quinquefidus. Cor. minor infundibuliformis, quinquefida. Stam. quinque, non exserta, antheris subrotundis. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate bifido. Capsula receptaculo seminum baccata s. farcta, unilocularis, bivalvis. Receptac. per maturitatem exarescens in conceptaculum seminum proprium, biloculare, bivalve. Sem. in loculis gemina, uno supra alterum.

Ellisia Nyctelea. Tab. 184. fig. 6.

Ellisia. Linn. *Nov. act. upsf. V. 1. p. 97. t. 5. f. 5. Mant. 336. Syst. veg. ed. 14. p. 195. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 815.*

A Cl. Hermann.

Per.

Per. Capsula subglobosa, coriacea, setulis minimis hispida, unilocularis, bivalvis; ante plenam maturitatem seminum receptaculo carnoso farcta.

Rec. magnitudine & figura cavitati capsulae respondens, ejusque parietes internos undique contingens, ante maturitatem carnosum & seminibus quaternis intra se nidulantibus scatens, postea vero exarescens in thecam seminum propriam, membranaceam, spadiceo-fuscam atque in eundem modum & sensum, uti capsula ipsa bifariam dehiscentem. Valvulae intus, a parte dorsali, sulco elevato obsoleto notatae, ut seminum theca fiat incompletissime & vix sensibiliter bilocularis.

Sem. quatuor, in singulo latere gemina, sibi mutuo superimposita, elliptice-globosa, excavato-punctata, nigra.

Int. simplex, membranaceum, albumini pertinacissime adnatum.

Alb. semini conforme, cartilagineum, in peripheria late glaucum aut fuscum, in centro niveum undique opacum.

Emb. tereti-acuminatus, longitudine dimidii albuminis, niveus. *Cotyl.* brevissimae. *Rad.* longa, attenuata, prope albuminis peripheriam excentrice locata, vaga.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Fructus integer magnitudine naturali. B.) Capsulae & thecae seminum propriae sectio transversalis. c.) Capsula dehiscens, cum theca seminum integra. d.) Ejusdem immaturae & adhucdum carnosae sectio verticalis, cum situ ovulorum. e.) Capsulae & thecae valvula altera a parte interna spectata. f. F.) Semina separata. G.) Albuminis sectio verticalis, cum situ & figura embryonis. H.) Embryo solutus.

Tanta est inter fructum Ellisiae & Hydrophylli *Carpol. nostrae V. 2. p. 133. t. 110.* affinitas, ut, nisi probe ad figuram, numerum & colorem seminum, nec non ad longitudinem embryonis attendatur, vix alia dentur signa, quibus a se invicem distingui queant.

31. RONDELETIA.

Plum. *gen. t.* 12. Linn. *gen.* 224. *ed. Schreb.* 296. Juss. *gen. p.* 201.

Cal. superus, quinquefidus, persistens. Cor. infundibuliformis, fauce ventricosa: limbo quinquepartito, obtuso, plano. Stam. quinque. Ovar. inferum. Styl. simplex. Caps. infera, subglobosa, coronata, bilocularis, apice dehiscens. Sem. duo l. plura in singulo loculo.

Rondeletia hirta. Tab. 184. fig. 7.

Rondeletia foliis petiolatis ovato - oblongis acutis pilosis, paniculis trichotomis axillaribus. AIT., *hort. Kew.* 1. *p.* 227.

Rondeletia foliis oblongis acuminatis hirtis rigidis subtus nervosis, pedunculis axillaribus trichotomis erectis. SWARTZ *prodr.* 41. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 373. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 933.

A Cl. THUNBERG.

PER. Capsula infera, subglobosa, coronata, coriacea, bilocularis, ab apice ad medium dehiscens. Dissepimentum valvis contrarium, tenue.

REC. nullum; semina umbilicis suis dissepimento utrinque affixa.

SEM. duo, aut per abortum solitaria in singulo loculo, irregulariter angulata, scruposa seu tuberculis atque foveolis inordinate scabrata, a latere dissepimento contiguo, minutissimo umbilico notata, sordide fusca.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, caseosum, nigro-fuscum, opacum.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars racemi frugiferi. B.) Capsula calyce suo exuta, apice dehiscens. C.) Ejus sectio transversalis. d. D.) Semina separata. E.) Albuminis sectio longitudinalis.

Quamvis omni adhibita diligentia & instituta multiplici albuminis sectione, tamen neque in hujus neque in alterius speciei, sub nomine Rondeletiæ *virgatæ* missæ, seminibus ullum embryonis vestigium detegere potui. Hinc suspicor, semina frequentius esse cassa, & embryonem ex minutissimis.

32. LINDERNIA.

LINN. *gen. ed. Schreb.* 1031. JUSS. *gen. p.* 122.
LAMARCK *ill. gen. t.* 522.

Cal. quinquepartitus: laciniis æqualibus. Cor. monopetala, irregularis: labio superiore emarginato, inferiore trifido, lacinia intermedia majore. Stam. quatuor didynama, duo inferiora filamentis adscendentibus, anthera longioribus, dentatis. Ovar. stylo filiformi; stigmate emarginato. Caps. unilocularis, bivalvis. Receptac. liberum.

LINDERNIA pixidaria. Tab. 184. fig. 8.

Gratiola floribus pedunculatis, foliis ovatis crenatis. GRON. *virg.* 129.

Ruellia pedunculis solitariis unifloris longitudine foliorum. GRON. *virg.* 73*

Pyxi-

Pyxidaria repens annua, flosculis monopetalis unilabiatis. Lindern. alsat. 1. p. 152. t. 1. & 2. p. 267.

Capraria gratioloides. LINN. *spec. pl. ed. 3. p. 876.*

Lindernia. ALLION. *stirp. aliq. 178. t. 5.*

Lindernia foliis ovalibus integerrimis sessilibus, pedunculis solitariis. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 567.*

Lindernia foliis oblongo-ovatis integerrimis trinerviis sessilibus, pedunculis axillaribus unifloris caule procumbente. WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 325.*

PER. Capsula parva, ovalis, apice in mucronem obtusiusculum terminata, compressa, unilocularis, bivalvis. Valvulæ nervo intermedio dorsali notatæ, apice bidentatæ, tenerrimæ, subdiaphanæ.

REC. liberum, cylindraceo-clavatum, spongiosum, punctis minimis excavatum.

SEM. plurima, minuta, polymorpha, ovata, oblonga & subreniformia, rugis vix discernibilibus scabrata, rufescentia vel rufofusca.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. rectus, oblongus, niveus. *Cotyl.* obtusæ, brevissimæ. *Rad.* obtusa, crassiuscula, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra calyce vestita. B.) Eadem a calyce denudata, cum receptaculo in situ. c. C.) Semina soluta. D.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis.

Cel. JUSSIEU capsulam statuit bilocularem; nec ego talem invenire potui unquam.

33. VANDELLIA.

LINN. *mant. p. 12. gen. ed. Schreb. 1040.* JUSS. *gen. p. 122.* LAMARCK *ill. gen. t. 522.*

Cal. quadripartitus: lacinia suprema subbifida. Cor. irregularis, bilabiata: labio inferiore bilobo. Stam. quatuor, didynama; quorum duo altiora; antheræ per paria connexæ. Ovar. stylo unico; stigmatibus duobus reflexis. Capf. oblonga bilocularis. Dissepimentum simplex, valvis parallelum.

VANDELLIA diffusa. Tab. 184. fig. 9.

Vandellia. LINN. *Mant. p. 89. Syst. veg. ed. 14. p. 573.*

Vandellia foliis subrotundis subsessilibus. VAHL *eclog.* 2. *p.* 47. WILLD. *spec. pl.* T. 3. P. 1. *p.* 343.

Ex herbario Cel. DESFONTAINES cum sequente.

PER. Capsula parva, oblonga vel globosa, a calycis laciniis arcte adpressis fere abscondita, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum simplex, membranaceum, valvis parallelum, illarumque suturis insertum, superne stylo caduco stipatum.

REC. ovato-oblongum, medio dissepimento ab utroque latere arcte adnatum, convexum, spongiosum.

SEM. numerosa, exigua, oblonga, vertice obtusa, basi mucronata, & ibi funiculo umbilicali brevissimo instructa, punctis excavatis in sex vel septem seriebus longitudinaliter dispositis reticulata, spadicea.

INT. simplex, tenuissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, duriusculum, fere cartilagineum, spadiceum.

EMB. rectus, teretiusculus, albus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* longa, attenuata, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula calyce permanente vestita. B.) Eadem denudata & medio transverse secta. C.) Dissepimentum cum receptaculo in situ, adhærente valvula altera. d. D.) Semina separata. E.) Albumen transverse — & F.) idem longitudinaliter dissectum, cum situ Embryonis.

VANDELLIA lanceolata.

Calycis laciniæ lineares, nervo intermedio ad pedunculum usque decurrente ut in V. *diffusa* stipatæ. Capsulæ graciliores, magis oblongæ, utrinque attenuatæ. Semina magis rotundata; reliqua vero omnia ut in priore.

34. ILLECEBRUM.

LINN. *gen.* 290. *ed. Schreb.* 407. JUSS. *gen. p.* 89.

Cal. pentaphyllus, stellato-pentagonus, infra pedunculum suum tribus bracteolis floralibus stipatus, foliolis subclavatis fungosis solidis niveis, extus convexis, intus plano curvo excisis, apice primum incrassatis, mox vero in aristam setaceam extenuatis. Cor. nulla. Stam. quinque, basi in tubum urceolatum connata. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate obtuso. Caps. unilocularis, quinquevalvis, monosperma.

ILLECEBRUM verticillatum. Tab. 184. fig. 10.

Paronychia serpyllifolia palustris. VAILL. *paris. t.* 15. *f.* 1.

Ille-

Illecebrum floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 248. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 1205.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 335.*

PER. Capsula parva, ovata, utrinque acuminata, membranacea, striata, tenuis, unilocularis, quinquevalvis.

REC. nullum; semen fundo capsulæ rostello suo insertum.

SEM. unicum, minutulum, ovatum, utrinque acuminatum & ad basin rostello brevi instructum, nitidum, saturate castaneum.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile, tenue; *interius* arachnoideum.

ALB. unilaterale, farinosum, candidissimum.

EMB. periphericus, subrectus, seu leviter tantum ad normam dorsi seminis curvatus, erectus, teretiusculus, albus. *Cotyl.* breves, semiteretes. *Radic.* longa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Cauliculi frugiferi pars superior. b. B.) Calyx integer. C.) Idem diductus & capsula denudata. D.) Ejusdem foliolum dissectum. e. E.) Capsula separata integra. F.) Eadem dehiscens. G.) Ejus sectio transversalis. h. H.) Semen integrum. I. K.) Ejusdem sectio transversalis & verticalis, cum situ & figura albuminis atque Embryonis.

Hæc forsan sola & unica est genuina Illecebri species, in quam scilicet genericus *Linnæi* character quadrat; reliquæ enim, quas vidi, omnes ad alia genera spectant. Ab affinibus *Queria*, *Paronychia* & *Herniaria* non tantum calycinis foliolis incrassatis solidis, sed inprimis quoque capsula manifeste quinquevalvi, & embryone non annulari differt. Bracteolas tres florales non possum pro calycis parte habere, cum infra ejus pedunculum locatæ sint.

35. GLAUX.

TOURN. *inst. t.* 60. LINN. *gen.* 291. *ed. Schreb.* 408.
JUSS. *gen. p.* 333. LAMARCK *ill. gen. t.* 141.

Cal. campanulatus, coloratus, quinquelobus; lobis revolutis. Cor. nulla, nisi calycem velis. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. brevis, stigmate obtuso. Caps. globosa, unilocularis, quinquevalvis. Sem. quinque, receptaculo libero immersa.

GLAUX maritima. Tab. 184. fig. 11.

Alsine bifolia, fructu coriandri, radice geniculata. LOES. *pruss.* 13. *t.* 3.

Glaux.

Glaux. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 249. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 1210.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 548.* mediocr.

PER. Capsula globosa, magnitudine grani piperis, stylo brevi persistente mucronata, coriacea, pallida, nervis quinque viridibus insignita, unilocularis, quinquevalvis.

REC. liberum, subglobosum, suberosum, albicans, scrobiculis quinque profundis, pro recipiendis seminibus exsculptum.

SEM. quinque, subelliptica, hinc convexiuscula, inde angulata, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. teretiusculus, longitudine fere albuminis, niveus, in axi positus. *Cotyl.* breves, semiteretes. *Rad.* longa, infera, l. centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus cum capsulis (aliquantum justo grandioribus) in situ naturali. b. B.) Capsula separata integra. C. D.) Ejusdem sectio transversalis & verticalis, cum figura receptaculi & situ seminum. e. E.) Semina soluta ab utroque latere spectata. F.) Albuminis sectio transversalis. G.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis.

36. FRANKENIA.

LINN. *gen.* 445. *ed. Schreb.* 604. JUSS. *gen. p.* 303.
LAMARCK *ill. gen. t.* 262.

Cal. monophyllus, subcylindricus, angulatus, quinquedentatus. Cor. pentapetala: petalorum ungue longitudine calycis, intus canaliculato. Stam. sex. Ovar. superum. Styl. unicus, stigmatibus tribus. Caps. tri-l. quadrivalvis. Sem. plura.

FRANKENIA levis. Tab. 184. fig. 12.

Franka maritima, supina saxatilis glauca ericoides sempervirens, flore purpureo. MICH. *gen. t. 22. f. 1.* male si nostra.

Frankenia foliis linearibus confertis basi ciliatis. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 344.*

Frankenia floribus solitariis, petalis subrepandis obtusis, foliis linearibus basi ciliatis. WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 241.*

A Cl. HERMANN defunct. Prof. Argentor., & ex Collectione Banksiana.

PER.

PER. Capſula ovato-acuminata, parva, angulata, tri-l. quadrivalvis, polyſperma. Valvulæ lanceolatæ, acuminatæ, planiuſculæ, ſulco medio bipartitæ, membranaceæ, rigidiuſculæ, rufeſcentes.

REC. nullum; ſemina areola deraſa in baſi capſulæ funiculis umbilicalibus adhærentia.

SEM. plura, octo ad duodecim; ſed unum tantummodo ad plenam maturitatem pertingens, reliquis omnibus abortientibus; ovatum utrinque acuminatum, glabrum, exiguum, caſtaneum.

INT. ſimplex, tenue, membranaceum.

ALB. vaginale, in duas laminas æquales embryonem contegentes diviſum, farinoſum, album.

EMB. rectus, piriformis, viridulus. *Cotyl.* rectæ, oblongæ, craſſiuſculæ, obtuſæ. *Rad.* brevis, cotyledonibus gracilior, obtuſiſſima, infera.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ramulus frugifer, cum foliolis filiformibus confertis glaberrimis. b. B.) Calyx ſeparatus integer. C.) Idem longitudinaliter apertus, cum capſulæ ſitu. d. D.) Capſula ſeparata. E.) Eadem quadrivalvis, & F.) trivalvis transverſe diſſecta. g. G.) Semen ſeparatum. H.) Albumen transverſe diſſectum cum ſitu embryonis. I.) Embryo ſolutus.

In ſpecimenibus F. *pulverulentæ* Linn. ex Capite bonæ ſpei miſſis & in Collectione Bankſiana aſſervatis, nec non F. *revolutæ* Forsk., a Cl. DELILE ex Aegypto allatis, maximum capſularum numerum deprehendi quadrivalvem, in F. *levi* L. ex parte potiore capſulæ erant trivalves. Semina in duabus prioribus ſpeciebus rarius caſſa & inde ab adjacentibus compreſſa & angulata; reliqua autem cum F. *levi* omnia paria ſunt.

37. SARCODACTILIS.

Flos . . ? . Bacca carnoſa, coccinea, oblonga, ſulcata, ex ſulcis in proceſſus teretes digitiformes producta & in vertice profunde infundibuliformi umbilicata. Semina in loculis ſegregatis ſparſis pauca.

SARCODACTILIS helicteroides. Tab. 185. fig. 1.

Macpalxochitl.-quahuitl. HERN. *mex. p. 383. Johnſt. dendr. 64. t. 27.?*

E Guiana belgica.

PER. Bacca carnoſa, coccinea aut rubra, cylindraceo-oblonga, ſupra calycem monophyllum repande quinquelobum breviter pedunculata, ſulcis rotundatis longitudinalibus exarata & ex iis in proceſſus circiter ſeptenos, dacty-

dactyloideos, valde inæquales, verrucosos & erectos producta, ac intra istos processus late & profunde infundibuliformi umbilicata atque lacunosa. Caro per ætatem fungosa, helvola. Loculamenta plura secundum sulcorum longitudinem disposita, segregata, oligosperma.

Rec. nullum; semina loculorum angulis internis affixa.

Sem. plura, sed in loculis singulis solitaria, gemina, aut rarissime terna; subovata, lenticulari-compressa, rufescentia aut pallide castanea.

Int. membranaceum.

Alb. . . . .

Emb. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Ejus sectio transversalis. c.) Eadem longitudinaliter dissecta. d.) Cavernæ vacuæ ex basibus internis dactylorum irregulariter confluentibus enatæ. e. e. e.) Seminum loculamenta, juxta sulcos in longitudinem digesta.

Hernandii miserrima figura, hanc potius stirpem, quam *Helicterem apetalam* indigitare videtur, præsertim cum in descriptione dicat: *pro stamine exit quasi manus aut potius pes avis coloris sanguinei* &c. Cum Helictere, ob fructus consistentiam & loculamentorum dispositionem sociari nullo modo potest.

38. HIRTELLA.

Linn. *gen.* 280. *ed. Schreb.* 388. Juss. *gen. p.* 340.

Cal. quinquepartitus, laciniis reflexis. Cor. pentapetala. Stam. tria, quinque aut sex, eidem calycis lateri omnia inserta; filamentis longissimis tortuosis. Ovar. superum hispidum. Styl. e basi & latere ovarii staminibus opposito, simplex, setaceus, subplumosus. Drupa ovali-oblonga, sulcata, compressiuscula, unilocularis, monosperma. Semen drupæ conforme, pedicellatum.

Hirtella triandra.

Hirtella americana in Icone. Tab. 185. fig. 2.

Hirtella americana. Jacq. *hist. 8. t. 8.* Linn. *syst. veg. ed. 14. p. 242.*

Hirtella (triandra) foliis oblongis acuminatis, racemis compositis laxis floribus triandris Swartz *prodr. p. 51. Fl. ind. occid. 1. p. 508.*

Hir-

Hirtella racemis compositis terminalibus solitariis, pedunculo communi pubescente, floribus triandris, foliis oblongis acuminatis. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1151.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Drupa coriaceo-carnosa, longe elliptica, supra paulo latior, compressiuscula, duobus sulcis elevatis longitudinalibus utrinque intra marginem notata, villo holosericeo brevissimo pubescens, unilocularis. Caro firma, subcoriacea, crassiuscula. Putamen tenue, chartaceum, durum, extus uti drupa sulcatum intus totum breviter villosum! uniloculare, evalve.

REC. funiculus umbilicalis aut pedunculus seminis crassus, suberosus, inferne angustior, apice quinque-dentatus, e fundo putaminis oriundus, semenque in situ erecto sustinens.

SEM. unicum, drupæ penitus conforme, fuscum.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. magnitudine fere albuminis, erectus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, omnium tenuissimæ, ovato-oblongæ. *Rad.* attenuata, non discreta, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

1. a.) Racemus floridus absque corollis. B.) Ovarium separatum & auctum, cum suo stylo laterali subplumoso. c.) Drupa integra. D) Ejus sectio transversalis, putaminis loculamentum intus villosum ostendens. e.) Semen integrum. f.) Ejusdem nec non albuminis & cotyledonum sectio transversalis. g.) Embryo ab una parte ab albumine denudatus. h.) Seminis pedunculus separatus.

39. HALLERIA.

LINN. *gen.* 761. *ed. Schreb.* 1020. JUSS. *gen. p.* 118.
LAMARCK *ill. gen. t.* 546.

Cal. trilobus persistens, lobo uno majore. Cor. infundibuliformis, fauce ventricosa; limbo erecto quadrifido, lacinia summa majore emarginata. Stam. quatuor, didynama. Ovar. superum. Styl. simplex persistens, demum longissimus. Bacca globosa, pulposa, unilocularis. Sem. plura, umbilicis ex ventre capillaribus.

HALLERIA lucida. Tab. 185. fig. 3.

Lonicera foliis lucidis acuminatis dentatis, fructu rotundo. BURM. *afr.* 244. *t. 89. f. 3.*

Halleria (*lucida*,) *foliis ovatis*, *corollis bilabiatis*, *calyce triphyllo*. THUNB. *Nov. act. upſ.* 6. *p.* 39.

Halleria. LINN. *ſyſt. veg. ed.* 14. *p.* 564.

Halleria foliis ovatis acuminatis ſerratis, *corollis bilabiatis*, *calyce triphyllo*; *ſtaminibus exſertis.* WILLD. *ſpec. pl.* T. 3. P. 1. *p.* 310.

A. Cl. THUNBERG.

PER. Bacca ſubgloboſa, ſtylo perſiſtente longiſſimo terminata, baſique calyce trilobo excepta, celluloſo-pulpoſa, mollis, unilocularis.

REC. funiculus umbilicalis capillaris, ex interno ſeminis latere oriundus, ſeminaque celluloſæ ſubſtantiæ affigens, quæ circa ſingulum ſemen propriam quaſi thecam format.

SEM. plura, ab octo ad duodecim, compreſſiuſcula, ſubelliptica, convexiuſcula aut plana; inde angulata, confertim puncticulata, fuſca.

INT. ſimplex, membranaceum, arctiſſime adhærens.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, duriuſculum, aqueo-glaucum.

EMB. ſubcylindricus, dimidio albumine brevior, & in ejus baſi locatus, albus. *Cotyl.* breviſſimæ, obtuſæ. *Rad.* teretiuſcula, infera, aut ob varium ſeminum ſitum vaga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Ejus ſectio transverſalis, cum ſitu ſeminum. c.) Semina ſoluta. C.) Seminis dorſum. D.) Ejus latus internum cum funiculo umbilicali. F.) Albumen transverſe ſectum. G.) Ejusdem ſectio verticalis cum ſitu & figura Embryonis.

40. OROBANCHE.

TOURN. *t.* 81. LINN. *gen.* 779. *ed. Schreb.* 1045. JUSS. *gen. p.* 101. LAMARCK *ill. gen. t.* 551.

Cal. quadri-l. quinquefidus, bracteiformis. Cor. ringens, tuboloſa, ventricoſa; labio ſuperiore fornicato emarginato: labio inferiore reflexo trifido, lacinia intermedia majore. Stam. didynâma. Ovar. baſi glanduloſum; ſtylo ſimplici; ſtigmate bilobo obtuſo nutante. Capſula oblonga, biſulcata, unilocularis, bivalvis. Receptac. in quavis valvula duo, longitudinalia. Sem. numeroſiſſima. Emb. excentricus.

OROBANCHE elatior.

Orobanche major. in Icone. Tab. 185. fig. 4.

Oro-

Orobanche (major,) caule simplici pubescente, calycibus bipartitis, laciniis bifidis, staminibus corolla brevioribus. LAM. *Enc.*

Orobanche caule simplicissimo, corollis quadrifidis, staminibus inferne pilosis; stigmate obcordato, stylo superne glabro. SUTTON *act. soc. lin. lond. 4. p. 178. t. 17.* WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 349.*

PER. Capsula intra corollam persistentem emarcidam hærens, oblonga, subobliqua, levissime pubescens, stylo persistente instructa, unilocularis, bivalvis. Valvæ a dorso prius dehiscentes, papyraceæ, longitudinaliter bisulcæ.

REC. in quavis valvula duo, lateralia, à sulcis externis orta, undulata, longitudinalia; superne confluentia, in cavitatem capsulæ prominula, fungosa.

SEM. numerosissima, ovata, elliptica, oblonga & angulata, punctis excavatis reticulata, fusco-atra.

INT. duplex, *exterius* crassiusculum, carnoso-membranaceum: *internum* tenuissimum, elasticum, albumini arctissime adnatum.

ALB. semini conforme, utrinque mucronulatum; carnosum, album, transparens.

EMB. minutissimus, subglobosus, ad latus umbilici extra axem seminis positus; albus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* obtusissima, globoso-rotundata, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Flos integer in situ. b.) Capsula soluta & a dorso dehiscens. c.) Valvula separata cum situ receptaculorum. d. D.) Semina soluta. E.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum Embryone in situ.

OROBANCHE ramosa. ibid.

Orobanche ramosa. BAUH. *pin. 88.* I. R. H. GUETTARD *mem. de 1746. t. 9.*

Orobanche. CAMERAR. *Epit. p. 311.*

Orobanche caule ramoso, flore quinquepartito. HALL. *helv. n. 296.*

Orobanche caule ramoso, corollis quinquefidis. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 574.*

Orobanche caule ramoso, corollis quinquefidis, bracteis ternis, calycibus brevibus profunde quadrifidis. SUTTON. *act. soc. lin. lond. 4. p. 185.* SMITH *bot. angl. t. 184.* WILLD. *spec. pl.* l. c. *p. 353.*

Capsula intra calycem profunde quadrifidum hærens (a. b.), ovata, lenticulari-compressa, ab utroque latere bisulcata, unilocularis, bivalvis (c.). Receptacula in valvulis gemina, sulcis externis correspondentia, fungosa (d.).

Se-

Semina minutissima, numerosissima, elliptica, punctis excavatis reticulata, cinerascentia (e. E.). Albumen intra integumentum crassiusculum externum & elasticum internum inclusum (F.). Embryo globosus, extra seminis axem juxta umbilicum positus, albus; cotyledonibus brevissimis obtusis; radicula obtusissima (G.).

41. OURISIA. Commers.

Juss. *gen. p.* 100.

Cal. bilabiatus; labio altero bilobo, altero trilobo: laciniis ovatis acutiusculis, margine brevissime ciliatis. Cor. monopetala, campanulata; fauce ampliata; limbo quinquelobo, subæquali. Stam. quatuor, didynama. Ovar. didymum; stylo simplici, filiformi; stigmate bifido (capitato. Juss.). Capsula marginata, bilocularis, bivalvis. Recept. fungosa, dissepimento adnata, & cum valvis parallele dehiscentia. Sem. numerosa, scobiformia. Embr. rectus; radicula centripeta.

Ourisia magellanica. Tab. 185. fig. 5.

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capsula globosa, transverse latior, compressiuscula, medio utrinque sulcata, margine imerso zonata, apice dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum valvis contrarium, sulco valvularum & simul receptaculis ab utroque latere insertum, angustissimum, membranaceum. Valvæ transversim rugosæ, papyraceæ, marginibus inflexis, suturis prominulis.

Rec. duo in quovis loculo singulum, opposita, ovata, inter se & cum dissepimento utrinque intime conferruminata, cum valvis parallele dehiscentia, ex lamina fungosa in ferri equini formam flexa & in medio cavum seu loculamentum spurium, utrique receptaculo commune relinquente, conflata.

Sem. numerosa, parva, intra *involucrum* (arillum) fusiformi-saccatum, membranaceum, tenue, vasculoso-reticulatum, ferrugineum, medio hærentia, ovata, hinc convexa inde plana, utrinque acuminata, ad basin funiculo umbilicali instructa, ad apicem *Chalaza* pallide rufescenti notata, centripeta.

Int. seminis proprium simplicissimum, membranaceo-arachnoideum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. minutissimus, rectus, teres, niveus. *Cotyl.* brevissimæ, incumbentes, obtusæ. *Rad.* longa, teres, conico-acuminata, apicula brevissima terminata, centripeta.

EXPLI.

EXPLICATIO FIGURÆ.

A.) Capsula calyce inclusa & stylo superstite stipata. B.) Eadem soluta, magnitudine paulusum aucta. C.) Eadem auctior, transverse secta, cum dissepimenti, receptaculi atque seminum situ. d. D.) Semina separata. E.) Eadem ab involucro soluta a ventre & a dorso spectata. F.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum embryone in situ. G.) Embryo separatus & insigniter auctus.

42. MONOTROPA.

LINN. *gen.* 536. *ed. Schreb.* 737. JUSS. *gen. p.* 430. LAMARCK *ill. gen. t.* 362. Orobanchoides TOURN. *A. G.* 1706. *p.* 85. Hypopitys. DILL. *gen.* 7.

Cal. 4 l. 5 phyllus; foliolis coloratis, lanceolatis, petalis brevioribus, & cum his in cylindrum conniventibus. Cor. 4 l. 5 petala; petalis cum calycis foliolis alternantibus, sub ovario insertis, cum calyce deciduis, cavis, extus gibbis; basi unguiculatà appendicibus duabus auctà. Stam. 8 l. 10. filamentis duobus subulatis, sub ovario insertis persistentibus; antheris simplicibus, parvis. Ovar. superum; stylo simplici, cylindraceo; stigmate discoideo, umbilicato. Caps. ovata 8 l. 10 sulcata, 4 l. 5 locularis, 4 l. 5 valvis. Recept. rotundato - 4 l. 5 gonum, carnosum, cavum. Sem. numerosissima, scobiformi involucro vestita; albumine carnoso.

MONOTROPA Hypopitys. Tab. 185. fig. 6.

Orobanche, quæ Hypopitys dici potest. C. BAUH. *prod.* p. 31.

Orobanche hypopitys lutea. MENTZ. *pug. rar. pl. t.* 3. *f.* 5.

Orobanche verbasci odore. PLUK. *alm.* 273. *t.* 209. *f.* 5.

Hypopitys spica florida nutante. HALL. *helv. n.* 1002.

Monotropa floribus lateralibus octandris, terminali decandro. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 402. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 2. *P.* 1. *p.* 573.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 232.

PER. Capsula elliptica, apice umbilicata, stylo pervia, 8 l. 10 alternatim profundius sulcata, impressionibus transversalibus ad sulcos profundiores gibba, ad basin staminibus persistentibus stipata, 4 l. 5 locularis, 4 l. 5 valvis. Dissepimenta membranacea, sulcis profundioribus valvularum & receptaculi sulcis emarginatis inserta.

REC.

Rec. in axi capsulæ ascendens, & cum stylo & stygmate persistentibus continuum, quadri-l. quinquelobum; lobis cordatis medio cum dissepimentis connatis, & inter se ad latera connexis, sulcis longitudinalibus acutis ad commissuras remanentibus; carnosum, intus stellato-cavum.

Sem. numerosissima, minutissima, involucro scobiformi tunicata, tereti-oblonga.

Involucrum (arillus) tenuissimum, reticulato vasculosum, membranaceum, clavato-saccatum, ad medium semen fovens turgidum, spadiceum.

Int. simplicissimum, membranaceum, albumini arctissime adnatum, vix discernendum.

Alb. semini conforme, carnosum, albicans.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra quinquelocularis, filamentis persistentibus basi stipata. b.) Eadem medio transverse dissecta, cum dissepimentorum & receptaculi situ. C.) Eadem quadrilocularis &c. d. D.) Semina soluta. E.) Involucrum longitudinaliter dissectum, cum semine in situ. F.) Albumen transverse sectum.

Numerus partium quaternarius usitatior quinario, solummodo in floribus terminalibus obvio. Magna est Monotropæ cum Pyrola quoad capsulæ seminumque fabricam similitudo, ut & embryonis rationes in ambabus similes censendæ. Monotropa vel rarissime profert semina fœta, vel Embryo omnium minutissimus, etiamvis omni usus sim assiduitate & intenderim oculorum lentiumque aciem, in plurimis seminibus, ne embryonis quidem umbram detegere valui.

Semina per aliquod tempus in aqua detenta eam viridi, & spiritum vini rubicundo tingunt colore.

43. DISANDRA.

Linn. *suppl. p.* 32. *gen. pl. ed. Schreb.* 627. Juss. *gen. p.* 99. Lamarck *ill. gen. t.* 275.

Cal. monophyllus, 5 l. 8 partitus persistens. Cor. æqualis, monopetala, rotata: tubo brevissimo: limbo 5 l. 8 lobato. Stam. 5 l. 8; filamentis æqualibus; antheris sagittatis. Ovar. stylo simplici, filiformi; stigmate simplici. Caps. pyriformis, mucronata, bilocularis, bivalvis. Dissep. valvis contrarium. Recept. ovatum, dissepimento utrinque adnatum. Sem. plura, menisc. cata. Embr. centripetus.

DISAN-

DISANDRA prostrata. Tab. 185. fig. 7.

Planta. PLUK. *phyt.* 257.

Sibtorpia (peregrina,) foliis reniformibus crenatis, pedunculis geminis. LINN. *spec. pl.* 2. *p.* 880.

Disandra (prostrata.) LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 352. *Spec. plant. ed. Willd. T.* 2. *P.* 1. *p.* 282.

Ex herbario Cel. DESFONTAINES.

PER. Capsula parva, pyriformis, mucronata, utrinque sulco longitudinali inscripta, vertice setis albis adspersa, apice dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum simplex, membranaceum, angustum, valvis contrarium.

REC. ovatum, spongiosum, tuberculato-rugosum, medio dissepimento utrinque adnatum.

SEM. pauca, octo ad duodecim in singulo loculamento, parva, ovata vel oblonga, hinc convexa, inde marginibus in ventrem reflexis concava, vel meniscata, glabra, fusca. Umbilicus in medio seminis ventre, intra rimam.

INT. simplex, membranaceum, tenue, in superficie ad mucilaginem crystallinam pellucidissimam sub aqua sese emolliens.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. teretiusculus, lacteus, extra albuminis centrum positus, basi propior quam apici. *Cotyl.* dimidium embryonem fere aequantes, obtusae. *Rad.* crassa, obtusiuscula, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra intra calycem 6 partitum hærens. B.) Eadem a calyce denudata. C.) Eadem medio transverse dissecta, cum dissepimenti & receptaculi situ. D.) Valvula altera cum receptaculo. e. E.) Semina soluta. F.) Albumen transverse & G.) Idem longitudinaliter sectum, cum embryone in situ. H.) Embryo separatus.

Discrimen genericum Disandræ a Sibthorpia non admodum grave, in fructu tamen & seminum figura atque embryonis situ magis à se invicem recedunt, quam in flore.

44. SHOREA. ROXB.

Cal. inferus, pentaphyllus, imbricatus: foliolis squamiformibus, per maturitatem ovario arcte adpressis, basi gibbis, dorso incrassatis, margine scariosis, ad ovarii apicem angustatis, & inde in ligulas sensim latiores longas foliaceas lineari-nervosas apice rotundatas productis. Cor. . . . Stam. . . . Ovar.

Ovar. ſuperum; ſtylo unico, perſiſtente. Nux coriacea, roſtrata, bivalvis. Sem. unicum. Alb. nullum. Emb. inverſus, cotyledonibus bilobis.

SHOREA robuſta. Tab. 186. fig. 1.

E collectione Cel. LAMBERT, Vice-Præsid. Soc. Linn. Lond.

PER. Nux ſupera, a calycis ſquamis imbricatis ad apicem conniventibus arcte incluſa, ut apice tantum roſtellato viſui ſit aperta, ovato-globoſa, albido-pubeſcens, coriacea, baſi deraſa, vertice in mucronem roſtellatum dimidiam nucis partem æquantem curvulum producta, intus rufeſcens, unilocularis? bivalvis.

REC. nullum, ſemen cum integumento per columnam centralem baſi nucis adnatum.

SEM. unicum, totam nucis cavitatem replens, ovato-acuminatum, rufeſcens.

INT. ſimplex, membranaceum, tenue, extus æquabile; intus membranà a duplicatura integumenti ortà falcatà auctum, & baſi ſua craſſiore columnulam promens centralem rotundatam in adverſo latere paulo ſub vertice ad radiculam terminatam, ſiccitate fibroſam, totam embryonis axem perforantem.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine ſeminis, dicotyledoneus, inverſus, albus. *Cotyl.* craſſæ, amygdalino-carnoſæ, pedunculatæ, oblique ſibi incumbentes, profundiſſime bilobæ, impares. Cotyledon altera major *inferior*, hinc convexa, baſi ab introitu radicis columnæ centralis umbilicata; inde oblique truncata, impreſſionibus concavis pro recipiendis protuberantiis cotyledonis ſuperioris notata, usque ad radiculæ ſcapum æqualiter fiſſa: lobis latere interno impreſſione, ex foveola baſilari orta, canaliculata rectiuſcula longitudinali notatis. Cotyledon altera *ſuperior* minor, inferiori oblique inſidens, hinc cum embryonis ſuperficie externa contigua, acuminata; inde protuberantiis rotundatis margine externo acuto circumſcriptis convexiuſcula, æqualiter per axem bifida, inter lobos ſulco incurvo pro recipienda radicula exſculpta. *Rad.* craſſiuſcula, longa, conica, angulata, fere e centro embryonis, ſed dorſo cotyledonis ſuperioris paulo propior oriunda, & inter hujus lobos recondita, curvula, aſcendens, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. b.) Nux a calyce ſeparata. c.) Eadem medio transverſe ſecta, cum ſemine in ſitu naturali. d.) Eadem longitudinaliter fiſſa, cum columna centrali embryonem perforante & integumenti parte cum columna conata & cotyledones verticaliter bipartiente. e.) Cotyledon major infera, a dorſo ſpectata cum parte majore radiculæ. f.) Cotyledon ſuperior a parte interna ventrali ſpectata, cum portione minore radiculæ. g. & h.) Lobi cotyledonis inferioris ad ſcapum radiculæ dilaceratæ. i. & k.) Lobi cotyledonis ſuperioris a ſe invicem

ſepa-

ſeparati & ab interna parte ſpectati. α. α. α.) Decurſus ſulci verticalis pro recipienda columna centrali. β.) Foveola & ſulcus pro radicula.

Ii, quibus occaſio data eſt, recentem videndi fructum, in cotyledonum cum radicula nexum denuo inquirant; in noſtro enim ſpecimine radicula videtur eſſe manca & pars ejus ſuprema ablata.

45. DRYOBALANOPS.

Cal. monophyllus, inferus, cupulatus, rotundato-gibbus; limbo in alas quinque foliaceas ligulatas remotas erectas rigidas nervoſas ad apicem dilatatas obtuſiſſimas diviſo. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. ſuperum. Capſ. ovata, cupulæ calycinæ incraſſatæ immerſa, unilocularis, trivalvis. Sem. unicum. Cotyl. chryſaloideo-contortuplicatæ, impares. Rad. ſupera.

Dryobalanops aromatica. Tab. 186. fig. 2.

Habitat in Zeylona. E collectione Bankſiana.

Per. Capſula ſupera, ovata, lignoſo-fibroſa, a calyce incraſſato cupulato rotundato-gibbo excepta, unilocularis, trivalvis. Valvæ æquales, craſſiuſculæ, extus glabræ, intus nervoſo-ſtriatæ, hinc acuminatæ, inde truncatæ & ungue acuto calyci paulo ſupra medium inſertæ.

Rec. nullum; ſemen mediante integumento & columna centrali fundo cupulæ calycinæ adnatum.

Sem. unicum, grande, cavitati capſulæ figura ſua exacte reſpondens, ovato-oblongum, ſtriatum, vertice acuminatum, baſi truncatum & toroſo-umbilicatum, ventre ſulcatum, rufeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue, extus æquabile, ad ſulcum ventralem ſeminis intro flexum, & cum columna centrali colliqueſcens. *Columna centralis* e fundo cupulæ calycinæ oriunda, & per totum ſeminis axem verticem usque adſcendens, mollis, fungoſo-carnoſa, compreſſa, hinc cum integumento externo connata & ſemen verticaliter in duos lobos dorſo connatos dividens, inde aucta lobis longitudinalibus mollibus columnà brevioribus, intra cotyledonum plicas ſeſe demergentibus: duobus majoribus lateralibus ad ventrem recurvis: duobus minoribus dorſalibus citra axem productis divergentibus.

Alb. nullum.

Emb. dicotyledoneus, ſemini conformis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* amygdalino-carnoſæ, craſſiuſculæ, chryſaloideo-contortuplicatæ, impares; Altera *externa* maxima, totam ſeminis ſuperficiem externam conſtituens, extus obſolete ſulcato-ſtriata & rimis aliquot longitudinalibus inciſa, intus plicis profundis rotundatis & rima ampla longitudinali excavata, ad verticem acuminata

minata & dorsum versus usque ad radiculæ insertionem profunde fissa, basi toroso-umbilicata & marginibus ventralibus introrsum flexa; Altera interna minor, auriculæformis, sulcis obliquis subcochleata. *Plum.* simplex, conica, diphylla. *Rad.* longa, e supremo embryonis dorso, ubi cotyledones inter se conferruminatæ sunt, & ex angulo fissuræ cotyledonis majoris oriunda, sursum directa, in sulco cotyledonis externæ abscondita, ad scapum angulata, cæterum teretiuscula, apice conico obtusiusculo terminata, adscendens, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer, cum amputatis laciniis calycinis. b.) Semen, cum cupula calycina & columna centrali superne bifida verticaliter sectum, excussis capsulæ valvis, relicto circulo insertionis intra cupulam. c.) Idem transverse dissectum, cum columna centrali ejusque lobis lateralibus & dorsalibus. d.) Embryo a latere spectatus cum radicula apice prominula. e.) Idem a parte ventrali visus limbo introflexo divaricato, ut & α.) Cotyledon interna visui pateat. F.) Radicula e dorso embryonis orta & a vasis nutriciis perterebrata, & G.) Plumula.

In hac arbore genuinum eumque pretiosissimum corticem Cinnamomi innasci perhibent.

46. DIPTEROCARPUS.

Cal. monophyllus, inferus, cupulatus; limbo quinquefido inæquali: laciniis rigidis reticulato-venosis, duabus oppositis longissimis ligulatis obtusis, tribus reliquis, quarum una opposita, multo minoribus ovatis auriculatis. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. superum; stylo simplici persistente. Nux a calyce, cum fructu increscente, involucrata, coriacea, unilocularis, evalvis. Recept. nullum. Sem. unicum. Alb. nullum. Cotyl. chrysaloideo-contortuplicatæ. Rad. supera.

DIPTEROCARPUS costatus. Tab. 187.

E collectione Banksiana cum sequente.

PER. Nux supera, coriacea, a calyce globoso incrassato lignoso levigato quinquecostato, costis acutis cum incisuris calycis correspondentibus, involucrata, ovata l. elliptica, turbinata, sursum attenuata & in mucronem subulatum producta, basi derasa extus albido-flavescens, intus rufescens, unilocularis, evalvis.

REC. nullum; nisi funiculum umbilicalem, incrassatum, compressum, e fundo nucis oriundum, ad latus ventrale seminis verticem usque adscendentem, & cum integumento externo undique colliquescentem sumas, quibus mediantibus semen fundo nucis arctissime adnatum.

SEM.

Sem. unicum, grande, cavitate nucis paulo angustius, obsoletissime tetragono-pyramidatum, sulcato-striatum, basi rotundatum, apice acuminatum, ferrugineum.

Int. simplex membranaceum, validum, extus æquabile, e basi nucis oriundum & ibi pertinacissime adnatum, cum funiculo umbilicali colliquescens, intus fungoso-carnosum, intra cotyledonum plicas & rugas adscendens ita, ut intricatissime cum cotyledonibus commixtum & solo colore ferrugineo sit discernendum.

Alb. nullum; nisi integumenti processus spongioso-carnosos & cum cotyledonibus marmoreo-commixtos velis.

Emb. semini conformis, basi umbilicatus, crassus, inversus, albus. *Cotyl.* maximæ, carnosæ, foliaceæ, intricatissime chrysaloideo-contortuplicatæ, ad radiculæ insertionem fissæ, æquales. *Plum.* simplex, minima, conica, diphylla. *Rad.* brevis, crassa, tereti-oblonga, e cotyledonum vertice oriunda & intra ipsas recondita ita, ut vix apice obtuso promineat, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. b.) Calyx involucrans medio transverse abscissus, cum nuce in situ. c.) Nux integra separata. d.) Eadem transverse secta, semen fovens. e.) Semen separatum integumento detracto. f.) Ejusdem transverse dissecti pars inferior cotyledonum plicas & integumenti intermixtionem repræsentans. G.) Cotyledonis alteræ pars superior cum rugis atque plicis internis & H.) Radiculæ e vertice embryonis ortus cum Plumula.

Dipterocarpus turbinatus. Tab. 188. fig. 1.

Shorea trinervea. Collect. Banks.

Calyx ellipticus l. pyramidatus, sursum attenuatus, turbinatus, ad limbum rursum ampliatus; limbo quinquefido, laciniis duabus longissimis, alatis, reticulato-nervosis, tribus reliquis, quarum una opposita, minimis ovatis (a.). Nux a calyce involucrata, ovata, coriacea, longe mucronata, tomentosa, longitudinaliter octo sulcata: sulcis ad basin profundioribus exarata, basi derasa, unilocularis, evalvis (b.). Semen unicum, tetragonum (?) basi nucis affixum (c.).

Shorea, Dryobalanops & Dipterocarpus, ob similem habitum utut sibi proxime affinia, distinctissima tamen a se invicem sistunt genera. Caryolobis Carpol. Vol. I. p. 215. t. 45. quoad fabricam seminis internam ad hæc proxime accedit, quamvis calyce nucem involucrante alato orbata sit; sed fructus ibi mihi videtur esse mancus. Dipterocarpus defectu columnæ centralis incrassatæ aliquantum a reliquis generibus recedit, sed ipsi competit analoga integumenti fabrica, hoc enim basi crassissimum, hinc fundo nucis adnatum, inde embryonis umbilico toruloso immersum est, & ibi in laminas, intra cotyledonum plicas & convolutiones adscendentes, divisum; columna igitur

 centra-

centralis inter characteres hujus tribus familiares referri debet. His nonnisi huensque cognitis stirpibus singulare hoc integumenti additamentum proprium est, ab omnibus fructuum partibus essentialibus diversum; materie quidem & consistentia receptaculorum speciem præ se fert, inter germinationem autem, fructibus adhuc in arbore hærentibus jam inchoantem, albuminis vices gerere videtur.

Habitum, quod attinet, fructuum externum, cotyledonum convolutiones & radiculam superum generum modo recensitorum, ad Acera accedunt, in reliquis vero partibus ab illis aliena videntur; alii itaque, quibus occasio est, omnes fructificationis partes videndi, locum suum in ordinibus plantarum adjudicent.

47. LOPHIRA. Banks.

Cal. pentaphyllus, inferus, persistens; foliolis imparibus, lineari-nervosis, longissime reticulatis, basi angustatis, rigidis; unicum maximum ligulatum obtusum; alterum huic oppositum plus triplo minus, eadem vero gaudens figura; tria reliqua paria, parva, ovata, concava, siccitate lacera, unum oppositum. Cor. . . . Stam. plurima. Ovar. superum; stylo simplici, tereti, subulato; stigmate bifido, subulato, acuto. Nux coriacea, unilocularis, evalvis. Sem. unicum. Alb. nullum. Emb. erectus; radicula infera.

Lophira alata. Tab. 188. fig. 2.

Lophira alata. Banks Mss.

Ex dono amicissimi D[ni] Decandolle.

Per. Nux supera, coriacea, longissime elliptica l. fusiformis, turbinata, stigmate persistente bidentato instructa, ad basin in collum brevem coarctata & ibi cum calyce grandefacto arctissime conferruminata, unilocularis, evalvis.

Rec. nullum; semen basi nucis affixum.

Sem. unicum, cavitatem nucis replens, ovato-oblongum, acuminatum, basi obtusum, rufescens.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Emb. semini conformis, erectus, lacteus. *Cotyl.* carnosæ, amygdalinæ, plano convexæ; basi truncatæ, umbilicatæ; apice acuminatæ. *Rad.* brevissima, immersa, conico-acuminata, compressiuscula, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. b.) Ovarium immaturum. c.) Nux a calyce separata. d.) Eadem longitudinaliter dissecta, cum embryone in situ, adhærente integumenti portiuncula ad ejus basin. e.) Embryo solutus.

Unica

Unica adhucdum hujus generis ſpecies mihi innotuit: *foliis alternis*, *longis*, *lanceolato-obcordatis*, *rigidis*, *exſtipulaceis*. Infloreſcentia racemoſa. Arbor Africam æquinoctialem inhabitans.

Genus itidem Acerum familiæ affine, ſi fructum alatum nucamentaceum reſpicimus; ſed folia oppoſita & cotyledones rectæ amygdaloideæ huic ordini reluctantur.

48. VATERIA.

LINN. *gen.* 666. *ed. Schreb.* 906. JUSS. *gen. p.* 258.

Cal. quinquefidus, inferus; laciniis lanceolatis acutis perſiſtentibus. Cor. pentapetala: petalis ovatis, obtuſiuſculis, calycem ſuperantibus, patentibus. Stam. plurima, corolla multo breviora; filamentis breviſſimis; antheris ſubſeſſilibus, ſubulatis. Ovar. ſuperum, ſtylo ſimplici & ſtigmate capitato inſtructum. Capſ. ſubpyramidata, coriacea, rotundato-trigona, unilocularis, trivalvis. Sem. unicum, maximum. Embr. inverſus; cotyledonibus imparibus, petiolatis; radicula ſupera.

VATERIA indica. Tab. 189.

Paenu. RHEED. *hort. mal.* 4. *p.* 33. *t.* 15.

Elæocarpus (*copalliferus*,) *foliis integris.* RETZ. *obſ.* 4. *p.* 27.

Elæocarpus foliis integerrimis, *panicula terminali.* VAHL. *ſymb. bot.* 3. *p.* 67. WILLD. *ſpec. pl. T.* 2. *p.* 1170.

Vateria (*indica.*) LINN. *ſpec. pl. p.* 734. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 494.

E collectione Cel. BRUGMANNS, Profess. hiſt. nat. Lugd. Bat.

PER. Capſula grandiuſcula, ſpongioſo-coriacea, ſub-pyramidata; ſurſum anguſtata; mucronata, rotundato-trigona, ſulcis profundis ad valvularum ſuturas inſculpta, ad partem inferiorem toroſa; baſi truncata, umbilicata, pedunculo inſiſtens valido calyce profundiſſime quinquefido reflexo veſtito, pulvinata, atropurpurea, unilocularis, trivalvis. Valvæ craſſæ, ab apice dehiſcentes, intus glabræ, impreſſionibus rotundatis a ſeminis protuberantiis ortis inſignitæ, rufeſcentes.

REC. nullum.

SEM. unicum, grande, cavitati capſulæ figura ſua exacte reſpondens, ovato-oblongum, hinc inde protuberantiis convexiuſculis notatum, in vertice obtuſe mucronatum, rufum.

INT. ſimplex, membranaceum, validum.

ALB. nullum.

EMB.

EMB. dicotyledoneus, maximus, femini conformis, in vertice area lata obfcura notatus & infra illam ruga obliqua undulata cinctus, amygdalinus, lympha refinosa fcatens, inverfus, albus. *Cotyl.* craffiffimæ, bilobæ, longiffime pedunculatæ, impares. Cotyledon altera *minor* e fupremo dorfo majori oblique infiftens & in medio embryonis dorfo transverfe terminata, fcutiformis, quadrante totius embryonis vix minor, per ambitum acutum undulata; externe convexa & in media ejus convexitate tuberculo prominente rotundato nonunquam in nafi formam protracto notata, fiffura a vertice ad tuberculum usque defcendente in duos lobos divifa; interne inæqualiter convexa, fulcis transverfis elevatis infcripta, a vertice fulco profundo longitudinali in medio fundum petente exarata, & in media convexitate foramine oblongo cum fulco confluente pro exitu pedunculi radiculæ cotyledonis majoris inftructa. Cotyledon altera *major*, quæ priorem magnitudine fere plus triplo fuperat, & a fummo vertice embryonis totum ejus latus ventrale bafin & dimidium latus dorfale complet, intra bafin obtufiffimam torofo-umbilicatam tuberculo prominente inæquali notata eft, ad apicem vero in roftrum breviffimum femicirculare acutum cum altera cotyledone orificium pro radiculæ exitu integrans producitur; hinc inæqualiter convexa, a fummo vertice ad bafin usque lateris ventralis fulco rotundato exarata, & rima profundiffima usque ad bafin lateris oppofiti pertingente in duos lobos æquales fiffa, (lobis nonunquam fiffura illam majorem fub angulo recto fcindente iterum bifidis); inde autem a vertice ad medium usque dorfum vel oblique vel fub angulo obtufo undulatim decuffata, inæqualiter concava, impreffionibus atque eminentiis rotundatis nec non plica transverfali ab utroque latere in centro embryonis confluente infcripta & alteram cotyledonem excipiens, fulco longitudinali cum illo cotyledonis minoris canalem pro radiculæ exitu efficiente exarata, & in angulo ipfo prope embryonis centrum radiculæ pedunculum canaliculatum undulate radicatum incurvum gerens. *Plum.* fimplex, conica, acuminata, diphylla. *Rad.* in duos pedunculos cotyledoneos compreffos externe canaliculatos & ad infertionem divaricatos fiffa, longa, compreffiufcula, intra cotyledonum canalem inclufa, & vix apice conico obtufo ex illo prominula, in axi embryonis adfcendens, fupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capfula integra. b.) Eadem, valvula una cum integumenti fegmento excuffa, embryonem in fitu fovens, & partem ejus dorfalem cum facie externa cotyledonis minoris reprefentans. c.) Embryo a parte ventrali oblique fpectatus, cum radiculæ apice in fummo vertice prominulo. d.) Cotyledon major a latere & paulum a dorfo fpectatus, ut & facies ejus interna nec non pedunculi cotyledonei infertio vifui pateat. e.) Cotyledonis minoris facies interna, cum foramine pro introitu pedunculi cotyledonis alterius & parte pedunculi cotyledonis minoris ex foveolà tuberculo externo obverfà oriundi. f.) Radicula cum partibus pedunculorum cotyledonum abfciffis.

Capfu-

Capsula rarius per abortum bivalvis. Rheedii figura & mea exempla edocent, embryonem fructibus, adhucdum in arbore hærentibus, germinandi initium facere & radiculam capsulæ suturas frangere, quæ demum valde elongata in vertice capsulæ ex hiantibus valvis porrigitur.

Genus ab omnibus hucusque cognitis distinctissimum & solam, quod attinet cotyledonum divisionem & radiculæ insertionem Shoreæ quodammodo similis, tantum itaque abest, ut cum Ganitro nostro vel Elæocarpo LINN., in unum genus commisceri possit Vateria, uti vult RETZ & VAHL, ut ne eundem quidem ordinem naturalem socium habere queant.

49. GENIPA.

TOURN. *t.* 436. 437. LINN. *gen.* 240. *ed. Schreb.* 341. JUSS. *gen. p.* 201. Gardenia. LAMARCK *ill. gen. t.* 158.

Cal. monophyllus, superus, cylindricus: limbo æquali truncato. Cor. monopetala; tubo brevi infundibuliformi: limbo magno rotato patente quinquepartito. Stam. quinque; antheris in fauce tubi sessilibus, longis, cum corollæ incisuris correspondentibus, exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici; stigmate turbinato ad apicem attenuato. Bacca infera, calyce coronata, corticata, subquadrilocularis. Sem. plurima, in pulpâ nidulantia, horizontalia. Alb. cartilagineum. Emb. radiculà vagà.

GENIPA americana. Tab. 190. fig. 1.

Janipaba. MARCGR. *bras. p.* 92. PIS. *bras. p.* 67.

Genipa fructu ovato. PLUM. *Cat. p.* 20.

Genipa foliis lanceolatis. PLUM. *ic. pl. amer. t.* 136.

Gardenia inermis, foliis oblongo-lanceolatis, pedunculis axillaribus multifloris, corollis hypocrateriformibus, tubo abbreviato. SWARZ *obs.* 84. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1228.

Genipa. LINN. *spec. pl. p.* 251. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 227.

Ex collectione Delessertiana, & ex insl. St. Domin. a D. POITAU.

PER. Bacca magna, infera, ovata, turbinata, utrinque attenuata hinc in pedunculum crassiusculum inde in calycem membranaceum ruga circulari a baccâ discriminatum, corticata, subpubescens, pallide viridis, subquadrilocularis. Cortex crassus, carnosus, e viridi flavescens, duriusculus, intus membranâ tenui levigatâ vestitus. Dissepimenta quatuor incompleta,

ta, ſurſum deorſumque deliqueſcentia, falciformia, quorum duo oppoſita tenuiora & anguſtiora, (nonunquam anguſtiſſima,) a membranà duplicatà baccam intus obveſtiente profecta; duo altera autem craſſiora & latiora a parietibus baccæ circa medium ejus in ſulcum incraſſatis & membrana obductis, quæ margine dentato-lacero cum pulpa confluit, producta. Pulpa mollis, ſulcis quatuor, quorum duo oppoſiti profundiores, in totidem lobos longitudinales neutiquam vero diſſepimentis diviſa, ſemina involvens, excolor, ſaporis grati ſubacidi.

Rec. nullum; niſi funiculos umbilicales matureſcendo autem evaneſcentes & in pulpam reſolutos ſumas.

Sem. plurima, ſtratis horizontalibus circum centrum commune parvum angulatum locata, in pulpa nidulantia, ovato-orbiculata l. elliptica, compreſſa & vix lenticulari-convexa, per ambitum obtuſa, e rubro flaveſcentia.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum, tenuiſſimum, albumini arctiſſime adnatum.

Alb. ſemini conforme, cartilagineum, pallide mellinum, ad radiculæ ſitum *Chalazà* fuſcà notatum.

Emb. extra albuminis axim locatus, & parti ejus anguſtiori propior, illud oblique ſecans & tertiam ejus partem magnitudine fere ſuperans, rectus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, cordatæ, nervoſæ. *Rad.* ſubclavata, ad partem latiorem albuminis ſeſe vergens & apice peripheriæ ejus proxima, cotyledones longitudine æquans, vix ſenſibiliter curvula, obtuſa, vaga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverſe diſſecta, cum ſitu ſeminum in pulpa horizontaliter nidulantium. c.) Semina ſoluta. d.) Albuminis ſectio transverſalis. e.) Ejusdem ſectio horizontalis, cum embryone in ſitu & magnitudine naturali. f.) Embryo ſolutus.

Diſſepimenta incompleta latitudine valde variant, in aliis exemplis diſſepimenta, a duplicaturà membranæ baccam interne veſtientis orta, adeo anguſta ſunt, ut nonniſi rugam longitudinalem repreſentent, uti in noſtra icone videre licet; in aliis autem multo latiora & in proceſſum falciformem producta ſunt.

Cell. Lamarck & Swarz Genipam Gardeniæ junxerunt ſine dubio ob ſimilem habitum externum, diverſus autem embryonis ſitus intra albumen huic commixtioni contrarius eſt, ſi & reliquas partium fructificationis & pericarpiorum differentias haud futiles prætervidemus.

CAROLI FRIDERICI GAERTNER,

MED. DOCT., SOC. NATUR. CURIOS. SUEV. SODAL., PHYS. JENENS. GOETTING. MEMBR. ETC.

SUPPLEMENTUM CARPOLOGIAE

SEU

CONTINUATI OPERIS

JOSEPHI GAERTNER

DE

FRUCTIBUS ET SEMINIBUS PLANTARUM

VOLUMINIS TERTII

CENTURIA PRIMA.

CUM TABULIS AENEIS XXII.

SUMTIBUS CAROL. FRID. ENOCH RICHTER

BIBLIOPOLAE LIPSIENSIS. MDCCCV.

ILLUSTRI VIRO

RENÉ LOUICHE DESFONTAINES

PROFESS. BOTAN. MUS. PARIS. ET INST. SCIENT. GALL. MEMBR.

FAUTORI SUO

ET

PROMOTORI HUJUS OPERIS GENEROSISSIMO

IN GRATI ANIMI SIGNUM

PRIMAM CENTURIAM

OFFERT

AUCTOR.

50. TOCOYENA.

AUBL. *guy. t.* 50. JUSS. *gen. p.* 201. LAMARCK *ill. gen. t.* 163.

Cal. monophyllus, inferus, oblongus, turbinatus, quinquedentatus, deciduus, basi stipulis duabus caducis stipatus. Cor. monopetala, tubulosa, disco ovarii insidens: tubo longissimo, ad faucem ampliato: limbo quinquepartito. Stam. quinque, in fauce corollæ subsessilia; antheris vix exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici longitudine tubi, superne incrassato, sub stigmate rursum angustato; stigmate bilobo, lamellato, ovato, obtuso. Drupa oblonga, baccata, calycis rudimento in vertice ansata, subbilocularis, polysperma. Sem. stratis horizontalibus in pulpa in quatuor lobos disposita, compressa. Alb. cartilagineum. Emb. radiculà cristæ dissepimenti incompleti utriusque lateris obversà.

TOCOYENA longiflora. Tab. 190. fig. 2.

Tocoyena. AUBL. *guy. T.* 1. *p.* 131.

Ucriana. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 961.

Icon ad exempla, in collectione seminum Musei Parisiensis asservata.

PER. Drupa baccata, infera, nucis juglandis minoris magnitudine, subglobosa l. oblonga, hinc pedunculo brevi insidens, inde rudimento calycis capitellato depresso fastigiata, & intra hoc areola callosa atque in hujus centro puncto excavato notata, ad quatuor opposita latera ab impressionibus seminum transverse undulato-nodosa, flavescens, subbilocularis. Caro debilis, duriuscula, flavescens. Putamen ex fibris osseo-lignosis compaginatum, l. osseo-coriaceum, figura drupæ, tenue, intus levigatissimum. Dissepimentum incompletum, angustissimum, bifidum, cum putamine arctissime conferruminatum.

REC. nullum; semina ante maturitatem funiculis umbilicalibus, in sulco marginis seminum interno locatis, maturescendo autem in pulpam resolutis, cristæ dissepimenti affixa.

SEM. numerosa, triginta ad triginta sex, in pulpa molli mucilaginoso-saccharata atropurpurea stratis horizontalibus æqualibus sibi incumbentia & in quatuor lobos pulpa junctos nec dissepimento ullo divisos congesta, lobis binis per paria ad apicem & basin semine unico junctis, compressa, rotundato- l. irregulari- triangularia, ad marginem externum crassiorem obtusa, ad internum autem carinatum acuta, atrofusca.

INT. simplex, tenue, crustaceum, fragile, albumini (excepto margine seminum interno carinato) undique arctissime adnatum.

ALB. semini conforme excepto margine interno paululum retracto, cartilagineum, externe pallide fuscum, interne sordide mellinum, in centro fo-

 veolà

veolâ compressâ lanceolato - cordatâ cotyledonum dimensionem multum superante excavatum.

Emb. parvus, dimidiam albuminis partem longitudine fere mentiens, albumen ex angulo externo umbilicali ad dissepimentum incompletum locato diagonaliter secans, leviter incurvus, lacteo-albus. *Cotyl.* cordatæ, foliaceæ, nervosæ. *Rad.* cotyledonibus duplo longior, subclavata, teretiuscula, curvula, obtusa, a centro baccæ remotissima & in quovis ejus lobo dissepimento incompleto sui lateris obversa.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem transverse dissecta, seminum hemisphærium alterum, ex lobis binis in ipsorum basi & apice semine unico conjugatis junctum, in situ fovens. c.) Eadem vacua, ut excussis seminibus dissepimentum incompletum bifidum in conspectum veniat. d.) Semina ex bacca in situ exemta, ablatis aliquot seminum stratis. α. α.) Regio seminum umbilicalis & radiculæ sedes, dissepimento incompleto obversa. e.) Semina separata, & a pulpa denudata. f.) Albuminis sectio horizontalis, cum situ embryonis diagonali. G.) Embryo solutus & magnitudine auctus.

Tarennæ, stirpi hujus ordinis Carpol. T. 1. p. 139. descriptæ, similis embryonis situs competit, cæterum inusitatus.

Albumen radicem adustam Dauci *Carotae* Linn. redolet.

Icon, quam à fructu Tocoyenæ tradidit Aubletius tota erronea vel saltem pessima, ut & Cel. Jussiæum cæteroquin & in fructuum descriptionibus accuratissimum in errorem induxerit. Fructus enim: 1° non est bacca sed vera drupa putamine osseo - coriaceo intus levigato dotata; 2° nec calyce quinquedentato coronata, sed capitello obtuso, in medio disco calloso ab insertione corollæ notato, fastigiata; 3° nec bilocularis: sed revera unilocularis, semina enim omnia mediante pulpa inter se sunt connexa, nec lobi alio modo quam pulpa ipsa interstincti.

51. GAERTNERA.

Lamarck *ill. gen. t.* 167.

Cal. monophyllus, inferus, turbinatus, campanulatus; limbo aut profunde quinque dentato, aut undulato; dentibus mucronulatis; basi bracteis duabus oppositis lineari - lanceolatis carinatis instructus, persistens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo cylindrico; limbo quinquepartito, patente: laciniis lanceolatis, obtusis. Stam. quinque, filamentis brevissimis, ad mediam corollam tubo insertis; antheris oblongis, bilocularibus, erectis, non exsertis. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi, corollam superante,

ice, apice bifido; stigmatibus simplicibus reflexis acuminatis (capitatis *Lam.*) Bacca exsucca, dipyrena: pyrenis monospermis. Alb. cartilagineum. Emb. pugioniformis, inferus, erectus.

GAERTNERA longiflora. Tab. 191. fig. 1.

Coffeae species. COMMERS. *Ic. ined.*

Ex dono Cel. A. DE JUSSIEU & ex collectione Cel. DESFONTAINES. Habitat in Madagascar.

PER. Bacca supera, elliptico-acuminata, magnitudine nucis avellanæ minoris, puncto calloso in vertice notata, levissime bisulca, a calyce per maturitatem ampliato ad tertiam fere partem amplexata, dipyrena, carnosa, (rubra?) Caro debilis, duriuscula. Pyrenæ chartaceæ, ellipticæ, hinc convexæ, inde planæ, monospermæ.

REC. nullum; semina ad partem ventralem baseos pyrenæ cicatriculæ fungosæ insidentia.

SEM. in quavis pyrena singulum, totam ejus cavitatem replens, ellipticum, ad basin partis ventralis umbilicatum, hinc convexum, inde planiusculum, margine rotundatum, fuscum.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum.

ALB. semini conforme, crassum, cartilagineum, castaneo-fuscum.

EMB. dicotyledoneus, pugioniformis, erectus, tertiam albuminis partem longitudine æquans, ad basin seminis locatus & propior ventri quam dorso, leviter curvatus, in sicco fuscus. *Cotyl.* subulatæ, accumbentes, tertia embryonis parte paulo breviores. *Rad.* longa, curvula, turbinata, scapo cum cotyledonibus incrassatis continuo turgido in collum coarctata & iterum in capitulum oblique truncatum obtusum rotundatum conglobata, foveolæ umbilicali albuminis obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ramulus frugifer cum calycibus inanibus. b.) Bacca soluta. c.) Eadem transverse secta cum pyrenis, ut appareant semina in situ. d.) Semina separata a dorso & a ventre spectata. e.) Albumen transverse & f) Idem longitudinaliter dissectum cum embryone in situ. G.) Embryo solutus & insigniter auctus.

Ob fructum inferum a Rubiaceis alienum est hoc genus; licet in omnibus reliquis partibus e. g. stipulis interfoliaceis, albumine cartilagineo, embryonis situ & denique in toto plantæ habitu Rubiacearum faciem omnino præ se ferat hæc stirps ab inventore ad Coffeam falso relata, a qua & embryonis forma singularissima & plane inusitata valde differt. Complures in locupletissimis herbariis Cell. de Jussieu & Desfontaines vidi

 species,

species, foliis; calycis limbo & corollarum longitudine diversas, omnes arborescentes foliis rigidis & inflorescentia paniculatâ aut corymbosâ [illegible] ditas.

52. ISERTIA.

SCHREB. *gen. pl.* 602. LAMARCK *ill. gen. t.* 259. Guettarda. AUBL. *Guyan. t.* 123.

Cal. monophyllus, superus, campanulatus: limbo sexdentato per maturitatem inæquali. Cor. monopetala, infundibuliformis, ad basin annulo ovarium coronante insistens; tubo longo, curvulo; limbo sexpartito, laciniis rectis, acutis; fauce villosa. Stam. sex; filamentis brevissimis, supra corollæ faucem insertis; antheris oblongis, bilocularibus, medio dorso filamentis adnatis, non exsertis. Ovar. inferum; stylo unico, filiformi, tubum corollæ æquante; stigmate capitato, sex-lobato. Bacca calyce persistente coronata, umbilicata, hexapyrena. Pyrenæ uniloculares, polyspermæ. Semina rotundato-pyramidata. Alb. carnosum. Emb. radicula centripeta.

ISERTIA coccinea. Tab. 191. fig. 2.

Guettarda (coccinea) folio amplissimo, ovato, acuto; florum racemis erectis, terminalibus, fructu coccineo. AUBL. *guyan. I. p.* 317.

Isertia foliis lanceolato-ellipticis subtus villoso-incanis acuminatis utrinque acutis, pedunculis racemosis bifidis. VAHL *ecl.* 2. *p.* 27. WILLD. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 240.

Ab amicissimo D. DUPUIS, Botan. Paris.

PER. Bacca infera, nucis avellanæ minoris magnitudine, globosa vel elliptica, supra calycem undulato-dentatum paululum attenuata, umbilicata, in vertice rudimento styli fungiformi instructa, basi bracteis duabus brevibus oppositis vestita, coccinea, hexapyrena. Caro crassiuscula, firma, coccinea, siccitate nigrescens, dulcis. Pyrenæ osseæ, subellipticæ, angulatæ, vertice obtusæ, sursum attenuatæ, dorso leviter sulcatæ, ad latera planiusculæ, ventre acuto rimâ hiantes duabus laminis sub angulo acuto introflexis, polyspermæ.

REC. *commune* pyrenarum nullum; nisi vasa filiformia e pedunculo oborta, & pyrenarum rimam ad partem ventralem adeuntia sumas; *proprium seminum* crista duplicata ab introflexis laminis pyrenarum, fungosa callositate fimbriata, cui semina funiculis umbilicalibus affixa.

SEM. plurima, paucis tamen adolescentibus, funiculis umbilicalibus maturitate denique in pulpam resolutis inter se cohærentia, in sex l. octo series longitudinales disposita, parva, pyramidata, angulata, vertice obtuso rotundata.

data, inde acuta, funiculo umbilicali instructa, punctis excavatis reticulata, fusca.

Int. duplex; *exterius* crustaceum, fragile, crassiusculum, ab albumine lubenter secedens; *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum, albido - fuscum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. teretiusculus; erectus, leviter incurvatus, ad basin albuminis locatus, niveus. *Cotyl.* crassiusculae, obtusae, dimidio embryone vix breviores, incumbentes. *Rad.* conico - teretiuscula, longa, obtusiuscula, centripeta.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Ramulus frugifer. b.) Bacca separata. c.) Eadem transverse & d.) Eadem longitudinaliter dissecta cum pyrenis in situ. e.) Pyrena separata. f.) Eadem a ventre spectata. g.) Eadem transverse secta. H.) Semina funiculis umbilicalibus inter se cohaerentia. i. I.) Eadem soluta. K.) Albumen transverse & L.) Idem longitudinaliter dissectum cum embryone in situ. M.) Embryo solutus.

Fructus ex mala Aubletii icone vix cognoscendus; descriptio magis accurata omnino in nostram plantam quadrat, ut nullum dubium de identitate restet.

53. FERNELIA. Commers.

Juss. *gen. p.* 199. Lamarck *ill. gen. t.* 67. *f.* 1.

Cal. monophyllus superus, quadrifidus; laciniis subulatis. Cor. monopetala parva, breviter tubulosa; limbo quadrilobo: laciniis obtusis, patentibus. Stam. quatuor; filamentis brevibus, ad basin tubi insertis; antheris subrotundis, non exsertis. Ovar. inferum, stylo simplici; stigmate bifido. Bacca infera, calyce coronata, bilocularis; dissepimento incompleto, elliptico, semilunari, fenestrato. Semina numerosa. Alb. cartilagineum. Emb. subdorsalis, radicula centripeta.

Fernelia pedunculata. Tab. 191. fig. 3.

Ab amicissimo D. Decandolle sub nomine *F. buxifoliae* accepta, & ex collectione Delessertiana.

Per. Bacca elliptica s. pyriformis, in pedunculum baccam longitudine aequantem attenuata, calyce quadridentato coronata: dentibus brevissimis; obsoletissime rotundato - tetragona, sulcis elevatis cum dentibus calycinis continuis costata, bilocularis, polysperma. Caro crassiuscula, firma, rufescens, epidermide valida vestita. Dissepimentum incompletum l. fenestratum,

ſtratum, ſemilunare parietibus baccæ inſertum, carnoſum margine acutum; cornubus verſus baccæ pedunculum valde attenuatis, & fere evaneſcentibus; feneſtra oblonga l. elliptica ad baſin baccæ latior.

Rec. ſubellipticum, margini diſſepimenti affixum & ad ejus cornua evaneſcens, papilloſo-fungoſum.

Sem. numeroſa, circa quadraginta in quovis loculo, imbricata, compreſſiuſcula, varie ab incumbentibus angulata, in vertice mucronulata, ad umbilicum truncata, rugis minimis ſcabrata, fuſca.

Int. ſimplex, coriaceo-membranaceum, craſſiuſculum, albumini arctiſſime adnatum.

Alb. ſemini conforme, albido-cinereum, in peripheria cartilagineum, in centro carnoſum.

Emb. minimus, erectus, inferus, paulum ad dorſum ſeminis vergens, niveus. *Cotyl.* incumbentes, ſubrotundæ, craſſiuſculæ. *Rad.* recta, oblonga, craſſa, obtuſa, umbilico externo obverſa, centripeta.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem longitudinaliter diſſecta cum diſſepimento & receptaculo in ſitu. c.) Eadem transverſe ſecta cum ſeminibus in ſitu. d. D.) Semina ſoluta. E.) Albumen longitudinaliter diſſectum cum embryone in ſitu naturali. F.) Embryo ſolutus & valdopere auctus.

*

Mala Lamarckii figura magis in hanc quam in ſequentem plantam quadrat; aliis itaque enodandum relinquo, num noſtra F. *pedunculata* vera ſit *obovata* Lam. & inde ſynnonima infra allegata ad hanc potius ſint transferenda?

Fernelia obovata. ibid.

Fernelia laciniis corollarum acutis, baccis ovalibus. Lam. *ill. gen. n. 1479.*

Coccocypſilum (uniflorum,) caule erecto fruticoſo, foliis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus unifloris, ſtigmatibus capitatis. Willd. *ſpec. pl. T. 1. p. 618?*

E collectione Cel. Desfontaines, ſub nomine *F. obovatæ.*

Bacca infera, oblonga l. ovata, l. globoſa, calycis laciniis ſubulatis ſuperne patentibus coronata, rotundato-octogona (a. a.) ſubbilocularis. Caro debilis, firma, dilute rubra. Diſſepimentum incompletum anguſtiſſimum. Receptaculum margini diſſepimenti adnatum, fungoſum. Semina duabus ſeriebus in quovis loculamento horizontaliter imbricata, alternatim inter jacentibus longitudinalibus ex utroque latere, (b.) in quovis loculamento circiter triginta polymorpha, hinc inde compreſſa, angulata, rugis minimis ſcabrata, umbilico appendiculato parvo fungoſo inſtructa, ferruginea (c. C.). Integumentum duplex: *exterius* coriaceum, craſſiuſculum, ab albumine facile ſecedens; *interius* membranaceum tenuiſſimum,

albuminí arctissime adnatum. Albumen semini conforme, totum cartilagineum, corneo-transparens. Emb. erectus, dimidio albumine paulo brevior, dorso seminis propior quam ventri, leviter curvatus, ad basin seminis locatus. *Cotyl.* crassiusculae, cordatae, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus duplo longior, curvata, subclavata, umbilico seminis & simul receptaculo obversa (D. E.)

Altera haec Ferneliae species a priore & sequente calycis laciniis longioribus maturitate non abbreviatis & embryonis forma recedit, species itaque facilius fructu dignoscendae sunt, quam foliis. Bacca in hac rectius forsan unilocularis dicenda.

FERNELIA buxifolia. Tab. 197. fig. 6.

Fernelia laciniis corollarum obtusis, baccis pisiformibus. LAMARCK *ill. gen. n. 1478.*

E collectione Cel. DESFONTAINES.

Drupa parva, globosa, corticata, leviter sulcato-didyma, calyce breviter tubuloso quadridentato coronata, bilocularis (a.). Cortex carnosus crassiusculus. Putamen osseo-chartaceum, secundum sulcos in duo hemisphaeria fissile, marginibus acute inflexis dissepimentum incompletum l. fenestratum formantibus. Receptaculum fungosum, ad marginem dissepimenti incompleti adnatum & dissepimentum fere integrans. (b.) Semina plurima, hinc crassiora rotundata, inde acuta rotundato-emarginata l. inaequalia, ad latera plana, umbilicis obtusis ad centrum drupae convergentia, subtilissime rugoso-striata, fusca. (c. d. D.) Integumentum simplex, crassiusculum, ex fibris intertextis conflatum, adhaerens. Albumen semine paulo angustius, subcartilagineum, in medio foveola lanceolata compressa & cum embryonis lectulo cohaerente instructum, pallidum. Embryo minimus, subdorsalis, in parte inferiore albuminis ad umbilicum locatus, rectus, albus. *Cotyl.* ovatae, obtusissimae, discretae, compressae. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, clavata, levissime apiculata, centripeta (E. F. G.)

Fernelia nequaquam cum Coccocypsilo ob dissepimenti diversam fabricam commiscenda, si Brownei iconi fides habenda.

54. HAMELIA.

JACQ. *amer. p.* 71. LINN. *gen.* 232. *ed. Schreb.* 305. JUSS. *gen. p.* 207. LAMARCK *ill. gen. t.* 155.

Cal. superus, minimus, quinquefidus; laciniis acutis. Cor. monopetala; tubo longissimo, pentagono, basi ampliato; limbo aequali; quinquepartito; laciniis acutis. Stam. quinque; filamentis subulatis, ad medium corollae tubum insertis; antheris linearibus, ad faucem corollae pertingentibus. Ovar. inferum;

ferum; ſtylo unico, longitudine tubi; ſtigmate obtuſo. Bacca infera, ſulcata, calyce perſiſtente coronata, quinquelocularis. Rec. membranacea, margine bifida. Sem. plurima, compreſſa. Alb. carnoſum. Emb. erectus.

HAMELIA appendiculata. Tab. 191. fig. 4.

Ex collectione Cel. DESFONTAINES. Habitat in Porto - Rico.

PER. Bacca parva, infera, elliptica, rotundato - pentagona, quinqueſulcata, nervis intermediis dorſalibus notata, calyce perſiſtente parvo reflexo quinquefido coronata, & intra illum ſtyli rudimento mucronata, quinquelocularis, polyſperma. Caro debilis, rufeſcens, coriacea. Diſſepimenta cum membrana baccæ interna continua, tenuiſſima, membranacea.

REC. quinque, in ſingulo loculamento ſingulum, membranaceum, tenuiſſimum, hinc axi baccæ longitudinaliter in diſſepimentorum angulis adnatum, inde margine libero bifidum: limbis reflexis.

SEM. plurima, parva, inter receptacula & diſſepimentorum parietes in pulpa verticaliter hærentia, compreſſiuſcula, hinc convexa inde plana vel vix ſenſibiliter concava, varie angulata, punctis minimis excavatis & in ſuperficie convexa e centro ſeriebus divergentibus reticulata, rufeſcentia.

INT. ſimplex, membranaceum. . .

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ramulus frugifer. B.) Bacca ſeparata. C.) Eadem transverſe diſſecta, cum diſſepimentis atque receptaculis in ſitu. d.) Semina ſoluta. D.) Eadem magnitudine aucta ab utraque parte ſpectata. F.) Albumen transverſe & F.) Idem longitudinaliter ſectum.

In plurimis, quæ diſſecui, ſeminibus ne quidem embryonis umbram detegere valui.

Species, ut videtur, nova gaudet *foliis longe petiolatis, & in mucronem longum apice productis.*

HAMELIA patens. Tab. 196. fig. 3.

Hamellia racemis patentibus. JACQ. *amer. p. 72. t. 50.* LINN. *ſpec. pl. 246.*

Hamelia foliis inferne ſubtomentoſis floribus racemoſo - paniculatis. LAM. *dict. 3. p. 65.*

Hamellia foliis; ſubtus tomentoſis tubo corollae cylindrico. L'HERIT. *ſert. angl. 4.*

Hamellia coccinea. SWARTZ *prod. p. 46.*

Hamellia racemis terminalibus coloratis, foliis ternis villoſo - pubeſcentibus. SWARTZ *obſ. 77.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 980.*

Hamelia

Hamelia ramis sulcatis, foliis 3 — 4 — oblongo - lanceolatis pubescentibus, floribus cymosis secundis. Ruiz & Pavon *flor. per. & chil. 2. p. 68. t. 221.*

Ex Insula Hispaniola a D^no^ Poiteau.

Bacca parva, oblonga, infera, sessilis, calyce obtusissimo quinquedentato coronata & styli rudimento truncato fastigiata, quinque sulcata, aurantia, quinque locularis. (a. B.) Caro debilis, rubicunda. Dissepimenta membranacea; cum membrana baccæ interna continua, sulcis externis obversa. Receptacula ut in specie antecedente, & in loculamenta ex axillis dissepimentorum prominula. (C.) Semina plurima, exigua, erecta, compressiuscula l. hinc convexa, inde planiuscula, angulata, versus umbilicum in apicem producta, punctis excavatis ad latus externum e centro radiatim dispositis (E.) scabrata, e fusco rufescentia. (d. F.) Integumentum simplex, crassiusculum, crustaceum. (G.) Albumen carnosum, semini conforme, album. Embryo rectus, oblongus, lacteus, inferus. *Cotyl.* oblongæ, crassiusculæ discretæ, plano-convexæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, conico-teretiuscula, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta. (H. I.)

55. LAUGERIA.

Jacq. *amer. p.* 64. Linn. *gen.* 259. *ed. Schreb.* 354. Juss. *gen. p.* 206.

Cal. monophyllus, superus, minimus, deciduus; limbo inæquali. Cor. monopetala, longa, tubulosa, gracilis; limbo quinquefido: laciniis planis, obtusis. Stam. quinque; filamentis brevissimis, superiori parti corollæ insertis; antheris linearibus, non exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici filiformi, corollam superante; stigmate capitato. Drupa infera, carnosa, non coronata; putamine quadri-l.-quinqueloculari. Sem. quatuor l. quinque, erecta. Alb. carnosum. Embr. inversus.

Laugeria resinosa. Tab. 191. fig. 5.

Laugeria foliis lato - lanceolatis glabris subtus glaucis, spicis axillaribus bifidis, ramis apice resinosis. Vahl. *eclog. 1. p. 27.* Willd. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1082.*

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Drupa baccata, parva, infera, elliptica, ad verticem paululum attenuata, turbinata vel obsoletissime tetragona, sessilis, areola parva & intra eam puncto pervio in vertice umbilicata, atrocærulea, siccitate albido-pruinata. Caro crassiuscula, pulposa. Putamen osseum, oblongum, rotundato-tetragonum, vertice obtusiusculo mucronulatum, basi vero magis attenuatum, ad latera duo opposita longitudinaliter sulcatum, ner-

vis quatuor dorsalibus notatum, quadriloculare; loculamentis remotiusculis, oblongis, superne clausis; quodvis loculamentum inferne canali laterali in axi putaminis cum reliquis coincidenti perforatum.

Rec. nullum; semina intra canalem incurvum basilarem putaminis arcte hærentia.

Sem. quatuor: in singulo loculo singulum, oblongum, teretiusculum, erectum, basi attenuatum & ad latus internum in processum brevem curvulum productum, vasis umbilicalibus in dorso notatum, e stramineo rufescens.

Int. simplex, membranaceum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum.

Emb. minutus, excentricus, vertici seminis propior quam basi, rectus, inversus, teretiusculus, dimidium albumen longitudine æquans, niveus. *Cotyl.* compressiusculæ, oblongæ, obtusæ, ad scapum increscentes, dimidio embryone paulo breviores. *Rad.* longa, clavata, recta, obtusa, supera, umbilico externo contraria.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Panicula frugifera magnitudine naturali. B.) Drupa integra separata. C.) Eadem a carne usque ad medium denudata cum putamine integro in situ. D.) Putamen separatum. E.) Idem transverse sectum, cum situ loculamentorum & canalium triangularium vasa nutrientia vehentium. f.) Semina soluta. F.) Idem magnitudine valde auctum & paulum a dorso spectatum, ut funiculi umbilicalis ad verticem ascensus appareat. G.) Albumen longitudinaliter sectum cum situ embryonis. H.) Embryo separatus & insigniter auctus.

Nostram plantam veram Laugeriæ speciem esse, non plane sum convictus; quaternarius quidem loculamentorum numerus illud dissuadere videtur. Alii itaque, quibus Laugeriæ genuinæ fructum, quæ Cel. Jacquinio characterem genericum suppeditavit, inspicere contingit, dubium solvant. Totum genus recognoscendum: L. *lucida*, de qua infra, certe non congener.

56. PETESIA.

Brown. *jam. t.* 2. *f.* 3. Linn. *gen.* 133. *ed. Schreb.* 170. Juss. *gen. p.* 199.

Cal. monophyllus, superus, parvus, quadridentatus, deciduus. Cor. monopetala infundibuliformis; limbo ampliato, quadripartito. Stam. quatuor; filamentis brevibus, fundo tubi insertis; antheris oblongis, in fauce corollæ hærentibus. Ovar. inferum; stylo simplici; stigmate bifido. Bacca dipyrena; pyrenis monospermis. Recept. ovato-cupulatum. Sem. meniscoideo-umbilicata.

Petesia carnea. Tab. 192. fig. 1.

Pete-

Ixtesia foliis oblongo lanceolatis lævibus: cymis terminalibus trifidis. FORST. *prod. n. 51.* WILLD. *spec. pl. T. 1. p. 613.*

Ex herbario R. FORSTER, quod nunc in museo Cel. LAMBERT Londini asservatur.

PER. Bacca infera, parva, globosa, pisiformis, calycis rudimento denticulato cum epidermide continuo coronata, & intra illum areola parva in cujus centro papillula callosa notata, pedunculata, atro-cœrulea, dipyrena. Caro debilis, firma, farinoso-pulposa. Pyrenæ sublenticulares, altera plerumque abortiente, subellipticæ, vel ad verticem paululum attenuatæ, coriaceæ, monospermæ.

REC. cupula membranacea, oblonga, parti ventrali planæ pyrenæ in centro adnata, limbo autem hilo seminis immersa.

SEM. in singula pyrena singulum, subellipticum, totam pyrenæ cavitatem replens, dorso convexum, ventre planiusculum, meniscoideo-umbilicatum l. hilo magno pro recipiendo receptaculo instructum, & intra illum umbilico convexiusculo fungoso albo notatum, fuscum.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, crassiusculum; *interius* tenuissimum, arachnoideum, albumini arctissime adnatum.

ALB. ad umbilicum concavum, cæterum semini conforme, caseosum, ferrugineo-fuscum.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverse dissecta cum pyrenis & receptaculis in situ. c.) Eadem pyrena altera abortiva. d.) Semen separatum a ventre spectatum. E.) Albumen longitudinaliter & F.) Idem transverse sectum.

Albumen in maturo semine procul dubio cartilagineum?

57. CATESBAEA.

LINN. *gen.* 130. *ed. Schreb.* 166. JUSS. *gen. p.* 199. LAMARCK *ill. gen. t.* 67.

Cal. superus, quadridentatus, cum fructu increscens. Cor. monopetala; tubo longissimo, infundibuliformi, ad limbum increscente; limbo quadrilobo. Stam. quatuor; filamentis ad basin corollæ insertis, longissimis; antheris oblongis, exsertis. Ovar. stylo filiformi, tubum corollæ longitudine æquante; stigmate bidentato. Bacca globosa l. oblonga, infera, calyce persistente coronata, bilocularis; dissepimento membranaceo, integerrimo.

 Recept.

Recept. fungosum, utrinque summo dissepimento affixum. Sem. numerosa, squamiformia, imbricata. Alb. carnosum. Emb. inversus.

CATESBAEA parviflora. Tab. 192. fig. 2.

Rhamnus foliis buxeis minimis confertim nascentibus, spinis longis armata. SLOAN. *hist. 2. p. 100. t. 207. f. 1.*

Catesbaea corollis tubo tetragono abbreviato, baccis subrotundis. SWARTZ *prod. 30.* VAHL *symb. 2. p. 31. & Ecl. 1. p. 12.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 608.*

E Collectione Banksiana.

PER. Bacca infera, parva, globosa, intra calycem persistentem reflexum umbilicata, atra, bilocularis, polysperma. Caro debilis, granuloso-pulposa, firma. Dissepimentum membranaceum tenuissimum, integerrimum, duobus oppositis calycis angulis internis obversum.

REC. in summo dissepimenti apice ab utroque latere sub vertice baccæ umbilicato affixum, fungosum, cui semina funiculis umbilicalibus brevibus affixa.

SEM. numerosa, inversa, in quovis loculamento in duos fasciculos collecta, deorsum imbricata, compressa, squamiformia, ad umbilicum unguiculata, hinc convexa inde concava, margine interno rectiuscula, externo arcuata, fusca.

INT. simplex, coriaceum, crassiusculum.

ALB. semini paulo angustius, umbilico propius, compressum, hinc curvato-unguiculatum, inde obtusum rotundatum, carnosum, fere medullare, album.

EMB. minimus, inversus, in unguiculata albuminis parte locatus, teretiusculus, sursum sensim incrassatus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ, sub angulo acuto divergentes, ad scapum crassiusculæ, acutæ. *Rad.* teretiuscula, longa, sensim incrassata, conica, obtusa, umbilico externo & simul receptaculo obversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. B.) Eadem transverse dissecta cum situ dissepimenti. C.) Eadem longitudinaliter secta, cum seminibus in situ. d.) Semina soluta. D.) Eadem magnitudine aucta, a dorso & a ventre spectata. E.) Albumen longitudinaliter dissectum cum embryone in situ naturali. F.) Embryo solutus valde auctus.

Cel. JUSSIEU l. c. Catesbææ, uti Ferneliæ, dissepimentum perforatum tribuit; fortasse tale vidit in C. *spinosa.* LINN., a me nondum visa; si huic revera competat dissepimentum incompletum, cum nostra congener esse nequit.

58. STENOSTOMUM.

Cal. ſuperus, parvus, quinquedentatus per maturitatem inæqualis, perſiſtens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo longo, ad faucem ampliato; limbo quinquefido: laciniis lanceolatis, obtuſiuſculis, reflexis, glabris. Stam. quinque; filamentis brevibus; antheris oblongis, exſertis, didymis. Ovar. inferum; ſtylo tereti, ſuperne incraſſato; ſtigmate bilobo. Drupa infera baccata, putamine biloculari. Semina duo, inverſa, umbilico appendiculato inſtructa. Alb. carnoſum. Embryo inverſus, centralis.

Stenostomum lucidum.

Sturmia lucida in Icon. Tab. 192. fig. 3.

Laugeria foliis oblongis obtuſis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. Swartz *prod. p. 48. Fl. ind. occid. 1. p. 475.* Willd. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 1082.* Persoon *ſyn. pl. 1. p. 201.*

Icon. Vahl *ſymb. bot. t. 57.*

E collectione Bankſiana.

Per. Drupa infera, baccata, oblonga l. ovata, ſeſſilis, compreſſiuſcula, calyce quinquedentatò per maturitatem vero inæquali connivente obtuſo coronata, rubra. Caro craſſiuſcula, firma, putamini arcte adnata, flaveſcens. Putamen oblongum, dactyloideum, craſſum, granuloſo-oſſeum, compreſſiuſculum, utrinque ſulco longitudinali rotundato ad baſin putaminis ſubſtantia oſſea repleto ad verticem autem pervio inſcriptum, & hinc apice deraſo bifidum, biloculare, diſpermum. Loculamenta ex membrana coriacea conflata, intus lævigata, cum materia oſſea intime connata, ſubulata, verſus axim putaminis incurva, ſuperne foraminulo lacero hiantia.

Rec. nullum; præter faſciculum vaſorum umbilicalium in pedunculo oriundorum in ſulco putaminis ad ejus verticem aſcendentem.

Sem. duo inverſa; in ſingulo loculo ſingulum, capitato-fuſiforme, in dorſo funiculo umbilicali rufeſcenti notatum, luteſcens, appendiculato-umbilicatum.

Umbilicus in vertice ſeminis incraſſatus; hinc oblique decuſſatus, & ſulco elevato ad dorſum increſcente atque cum funiculo umbilicali continuo inſcriptus; inde, ubi ab albumine ceu articulo ſecedit, foveola parva excavatus, granuloſo-farinoſus, rufeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum, albumini arcte adnatum.

Alb. tereti-ſubulatum, vertice obtuſo convexiuſculo foveolæ umbilici inhærens, carnoſum, leviſſime viridulum.

Emb. minimus, in medio albumine locatus, inverſus, ovatus, pallide viridis. *Cotyl.* breviſſimæ, obtuſæ, non diſcretæ. *Rad.* conica, obtuſa, umbilico externo obverſa, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a) Pars racemi frugiferi. B.) Drupa separata. C.) Eadem, putamine ad medium usque a carne denudato. D.) Putamen separatum. E.) Idem longitudinaliter dissectum cum situ & directione loculamentorum. f. F.) Semina integra naturali & aucta magnitudine. G.) Albumen ab umbilico appendiculato separatum. H.) Idem cum situ Embryonis.

Quantacunque etiam Laugeriæ cum nostra planta in habitu externo sit affinitas, carpologice tamen in unum genus compingi nequeunt; novum itaque ex ea haurire genus, non dubitavi.

Quibus contingit recentia videre semina, in *umbilici* conditionem plane inusitatam, & ejus cum albumine nexum attente inquirant; tres tantummodo drupæ, quas dissecare mihi licuit, nondum sat lucis in singularissimam hujus plantæ seminum compagem fuderunt, cum semina non satis matura mihi visa sunt.

59. MITCHELLA.

LINN. *gen.* 134. *ed. Schreb.* 174. JUSS. *gen. p.* 205. LAMARCK *ill. gen. t.* 63.

Flores gemini, ovariis duobus coadunatis insidentes. Cal. duo remoti, quadridentati, erecti, persistentes. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo cylindrico; limbo quadripartito, patente, ad faucem hirto. Stam. quatuor; filamentis filiformibus; antheris oblongis, vix exsertis. Ovar. inferum geminum; stylis simplicibus, filiformibus; stigmatibus quadripartitis. Baccæ inferæ, geminæ, ex duobus ovariis coadunatis in unam conferruminatæ, calycibus coronatæ, depressæ. Sem. in singula bacca quatuor. Alb. subcartilagineum. Emb. oblongus, inferus.

MITCHELLA repens. Tab. 192. fig. 4.

Syringa baccifera, myrti subrotundis foliis, floribus albis gemellis. PLUK. *amalth.* 198. *t.* 444. *f.* 2. CATESB. *carol.* 1. *p.* 20. *t.* 20.

Baccifera mariana, clematis daphnoïdes minori folio. PET. *gaz. t.* 1. *f.* 13.

Chamaedaphne. MITCH. *gen.* 27.

Mitchella. LINN. *amoen. acad.* 3. *p.* 16. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 153. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 1. *p.* 617. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 132.

E collectione Cel. DESFONTAINES, & ex dono Cel. C. SPRENGEL Prof. Hallens.

PER. Baccæ geminæ inferæ, in unicam subglobosam didymam depressiusculam calycibus duobus persistentibus remotis erectis coronatam & intra illos umbi-

umbilicatam coalitæ, tetraspermæ. Caro pulposa, mollis, rufescens, inter baccas geminas descendens, & sic dissepimentum crassiusculum sulcis externis obversum formans.

Rec. nullum; semina undique carni adnata, & funiculis umbilicalibus fundo baccæ arctius adhærentia.

Sem. in utraque bacca quatuor, circum axem partialem locata, carne interposita a se invicem disjuncta, obovata, utrinque mucronulata, rotundato trigona, hinc oblique convexa, inde plana, sulco dorsali levissimo ab umbilico ad basin orto & paulum sub vertice in lineolam fuscam excurrente notata, setulis albidis conspersa, e rufescenti straminea.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, ab albumine lubenter secedens; *interius* firmum, elasticum, membranaceum, cum albumine arctissime connatum, ad verticem *chalaza* fusca calyptræformi notatum.

Alb. semini conforme, duriusculum, carnosum l. subcartilagineum, sordide stramineum.

Emb. minutus, tereti-oblongus, niveus, erectus, inferus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* crassa, tereti-oblonga, mucronulata, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Baccæ integræ geminæ. B.) Eædem transverse dissectæ cum seminibus in situ naturali. c. C.) Semina soluta a ventre & a dorso spectata. D.) Albumen transverse — & E.) Idem longitudinaliter sectum cum embryone in situ. F.) Embryo solutus valdopere auctus.

60. WEBERA.

Schreb. *gen.* 1733. Chomelia Linn. *gen. ed.* 2. *n.* 167.

Cal. monophyllus, superus, quinquefidus; laciniis erectis, acutis, persistentibus. Cor. monopetala infundibuliformis; tubo longo, ad faucem sensim ampliato; limbo quinquefido, laciniis ovato-oblongis, acutis, recurvis, inferne medio villosis. Stam. quinque; filamentis brevissimis; antheris linearibus, apice membranaceis, loculis in superiore latere singulæ antheræ dehiscentibus. Ovar. inferum; stylo unico, tubum superante, longitudinaliter striato; stigmate oblique clavato, decangulato-alato. Bacca infera, globosa, calyce coronata, bilocularis: loculamentis tetraspermis. Recept. fungosum, in centro dissepimenti utrinque affixum. Sem. angulata, hilo instructa.

Webera corymbosa. Tab. 192. fig. 5.

Cupi. Rheed. *hort. mal.* 2. *p.* 37. *t.* 23.

Rondeletia (*asiatica*) *foliis petiolatis oblongis acutis.* Linn. *spec. pl. p.* 244. *Fl. zeyl.* 80. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 212.

Webera

Webera inermis, foliis oblongis acutis, corymbo terminali. WILLD. *spec. pl. T. I. P. 2 p. 1224.*

Canthium corymbosum. PERSOON *syn. pl. 1. p. 200.*

E collectione Cel. DESFONTAINES.

PER. Bacca sphærica, pisiformis, infera, calyce persistente recto coronata, atra, bilocularis: loculis tetraspermis. Caro debilis, firma, membranæ chartaceæ lutescenti intus nitidæ adnata. Dissepimentum chartaceum, cum loculamentis connatum, tenue.

REC. papillula parva, tetragona, brevissime pedicellata, fungosa, utrinque dissepimenti centro adnata, semina inter se connectens.

SEM. in singulo loculo quaterna, cruciatim receptaculo ita affixa, ut unum baccæ verticem, alterum ejus basin & duo reliqua latera dorso suo respiciant, angulata, subreniformia, hinc convexa, inde cuneata & ad umbilicum hilo instructa, rugosa, rugis lateralibus ad umbilicum convergentibus, fusca pulpa tenui rara obducta.

INT. simplex, coriaceum.

ALB. semini conforme, caseosum.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b. B.) Eadem transverse secta cum dissepimento & receptaculi insertione. c.) Semina cum receptaculo in situ naturali. d. D.) Semina soluta. E.) Albumen transverse dissectum.

Seminum numerus naturalis in quovis loculo omnino est quaternarius; sed de vero seminum situ adhuc dubium restat. RHEEDE l. c. illum describit obliquum in formam crucis Andreææ & in meis, immaturis quidem, speciminibus situs cruciatus videbatur erectus. Ii, quibus recentes baccas videre licet, dubium solvant. Canthium LAM. ab hoc genere diversissimum. Ne maximam in re botanica nominum confusionem adaugeamus, Weberæ nomen, a Cl. SCHREBERO inditum, retineri satius esse duximus; quamvis jam in muscorum ordine existat genus, ab HEDWIGIO hoc nomine insignitum.

61. TEPESIA.

Cal. monophyllus, superus, quadridentatus; dentibus inæqualibus duobus oppositis majoribus exterioribus erectis incurvis; duobus minoribus conniventibus, cum majoribus alternantibus; omnibus obtusiusculis, basi gibbis, sulco intermedio dorsali elevato ad apicem excurrente notatis, persistentibus. Cor. . . . Stam. . . . Bacca infera, oblonga, coronata, quadrilocularis. Sem. plurima, in pulpa nidulantia. Alb. carnosum. Rad. vaga.

TEPE-

Tepesia dioica. Tab. 192. fig. 6.

Ex dono amicissimi D[ni] Decandolle e collectione Cel. l'Heritier sub nomine *Petesia*. Habitat in Chili?

Per. Bacca parva, infera, elliptico-oblonga, sursum paululum attenuata, rotundato-tetragona, calyce basi gibbo coronata, sulcis oppositis cum laciniis calycinis minoribus continuis carinata, bilocularis. Caro admodum debilis, rufescens. Dissepimenta tenuissima, membranacea, lateribus baccæ adnata, lutescentia.

Rec. nullum; semina in pulpa molli nidulantia & undique membranæ, dissepimentorum totam internam baccæ superficiem obvestientis, adhærentia.

Sem. plurima, minuta, ovato-oblonga, rotundata, vel hinc inde ab incumbentibus compresso-angulata, ad umbilicum mucronata, punctis excavatis reticulata, rufescentia, vaga.

Int. simplex, membranaceum, crassiusculum, in aqua ad superficiem in nimbum mucilaginosum pellucidum sese emolliens, albumini arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. rectus, in centro albuminis locatus, tereti-oblongus, erectus, albus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* longa, tereti-oblonga, obtusiuscula, umbilico externo obversa, vaga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Bacca integra. B.) Eadem transverse secta cum dissepimentis atque seminibus in situ. c.) Semina soluta. C.) Eadem formæ diversæ magnitudine aucta. D. E.) Albumen transverse & longitudinaliter dissectum cum situ embryonis. F.) Embryo solutus magnitudine valde auctus.

62. BERTIERA.

Aubl. *guy. t.* 69. Schreb. *gen.* 304. Juss. *gen. p.* 200. Lamarck *ill. gen. t.* 165.

Cal. monophyllus, superus; turbinatus, villosus, quinquedentatus: dentibus erectis. Cor. monopetala, tubulosa, fauce villosa; limbo quinquefido: laciniis patentibus. Stam. quinque; filamentis brevissimis, in supera tubi parte insertis; antheris linearibus, apice mucronatis. Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi, corollam non superante; stigmate bifido, lanceolate lamellato. Bacca infera, calyce persistente coronata, bilocularis, polysperma. Recept. centro dissepimenti adnatum, fungiforme. Sem. centripeta, angulata. Alb. subcartilagineum. Emb. transversus; rad. centrifuga.

Bertiera Zaluzania. Tab. 192. fig. 7.

Zaluzania Commers. *Mss.* & *Ic. ined.*

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Bacca infera, subglobosa magnitudine pisi majoris, intra calycem prominulum quinquedentatum reflexum late umbilicata & annulo parvo protuberante atque foveola puncticulari in centro notata, bisulca, pedunculo longo stipulis foliaceis parvis ad insertionem armato insidens, bilocularis, polysperma. Caro valde debilis, maturitate in membranam coriaceam coarctata, atrocœrulea. Dissepimentum membranaceum, tenue, sulco externo insertum.

Rec. in centro dissepimenti ab utroque latere insertum, breviter pedicellatum, capitulo fungoso discoideo in baccæ cavitatem prominulum.

Sem. plurima, pyramidata, angulata, punctis minimis elevatis consperfa, hinc rotundata, inde a vicinis angulato-conica, & ad umbilicum in apice coni locatum foveolà parvà notata, atrofusca, centripeta.

Int. simplex, crassiusculum, fragile, ab albumine facile separandum.

Alb. semini conforme, duriusculum, carnosum, l. subcartilagineum, sordide mellinum.

Emb. minutus, centralis, oblongus, teres, tenerrimus, aqueo-pellucidus, transversus. *Cotyl.* breves, arctissime inter se adglutinatæ, incumbentes, obtusæ. *Rad.* longa, teres, obtusissima, ab umbilico externo aversa, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverse dissecta cum dissepimento & receptaculis in situ. c. C.) Semina soluta. D. E.) Albumen transverse & longitudinaliter sectum cum situ embryonis. F.) Embryo separatus valde auctus.

Bertiera mucronata. ibid.

Bacca infera, sicca, subglobosa, depressa, ad apicem mucronata, bisulca, dentibus calycinis conniventibus rigidis coronata, nervis decem costata, pedunculo stipulis parvis armato insidens, bilocularis. (a. A.) Dissepimentum membranaceum, tenue, in centro utrinque receptaculiferum. Receptaculnm breviter pedicellatum, fungiforme. (B.) Semina pyramidata, angulata, arcte sibi incumbentia, umbilico acuminato receptaculo inserta, punctis minimis scabrata, rufescentia. (c. C.) Integumentum membranaceum, crassiusculum. Alb. semini conforme, album. (D.) Emb. . . .

63. VANGUERIA.

JUSS. *gen.* p. 206. LAMARCK *ill. gen. t.* 159.

Cal. monophyllus, superus, minimus, quinquedentatus, deciduus: dentibus acutis, patentibus. Cor. monopetala, parva, tubulosa; tubo campanulato-ventricoso, intus hirto; limbo quinquepartito: laciniis lanceolatis, acutis, reflexis. Stam. quinque; filamentis brevibus; antheris oblongis, vix exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi, staminibus longiore; stigmate capitato (bilamellato VAHL.). Bacca pomacea, infera, non coronata, pentapyrena. Alb. carnosum. Emb. inversus.

VANGUERIA cymosa. Tab. 193. fig. 1.

Vavanga chinensis. ROHR. *act. soc. hist. nat. hafn. T.* 2. *P.* 1. *p.* 207. *t.* 7.

Vangueria (*edulis.*) VAHL *symb. bot.* 3. *p.* 36. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 976.

Vanguiera. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 205.

Vavengue Gallis. E collectione Delessertiana.

PER. Bacca grandiuscula, pomacea, infera, globosa, basi umbilicata, in vertice area ampla irregulari-pentangulari notata, & in hujus centro foveolà rugà circulari cinctà exsculpta, pentapyrena. Pyrenæ circum axem baccæ regulariter locatæ, remotæ, osseæ, reniformi-oblongæ, in vertice margine acuto terminatæ, basi vero crassiores obtusæ, ad medium ventrem umbilico sursum prominulo l. ruga transversali notatæ, scabriusculæ, monospermæ.

REC. nullum; nisi funiculum umbicalem filiformem ex pedunculi vasis oriundum sumas, qui in proprio canali pyrenæ inscripto seminis umbilicum in ventris medio positum adit, & ibi fibris radiatim divergentibus cum integumento seminis confluit.

SEM. in singula pyrena singulum, oblongum, compressiusculum, ad verticem in marginem acutum attenuatum, rufescens.

INT. simplex, membranaceum, albumini adnatum.

ALB. semini conforme, vaginale, ad verticem rima radiculam latitudine æquante fissum, carnosum, album.

EMB. magnus, in medio albumine locatus, l. vix vertice seminis propior, compressiusculus, oblongus, leviter incurvus, siccitate dilute fuscus, inversus. *Cotyl.* longæ, curvato-oblongæ, plano-convexiusculæ, obtusissimæ, sigmoideo-convolutæ, accumbentes. *Rad.* discreta, obtuse cordata, apicula minima terminata, compressa, per ambitum acuta, ab umbilico externo aversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pomum integrum. b.) Ejus sectio longitudinalis cum pyrenis in situ. c.) Idem cum pyrenis & seminibus transversim dissectis. d.) Pyrena soluta a latere & e.) Eadem a ventre spectata. f.) Eadem longitudinaliter fissa cum semine in situ. g.) Embryonis situs intra albumen atque pyrenam. h.) Embryo solutus magnitudine naturali.

Figuræ a.) & b.) ad iconem ineditam COMMERSONI confectæ.

64. POSOQUERIA.

AUBL. *guy. t.* 51. JUSS. *gen. p.* 201. LAMARCK *ill. gen. t.* 163. Cyrtanthus. SCHREB. *gen.* 302.

Cal. monophyllus, superus, turbinatus, rectus, quinquedentatus, deciduus. Cor. monopetala tubulosa; tubo longissimo, cylindraceo, disco ovarii inserto, recurvo, fauce villosa vix ampliata; limbo quinquefido: laciniis angustis, reflexis, obtusis. Stam. quinque; filamentis brevibus subulatis, incurvis, intra faucem corollæ ad incisuras insertis; antheris oblongis, utrinque acutis, incurvis, basi filamentis affixis, exsertis. Ovar. inferum; stylo setaceo, longitudine tubi-corollæ; stigmate trifido, acuto. Bacca corticata, calycis reliquiis coronata, bilocularis. Rec dissepimento utrinque adnatum, pulposum. Sem. plura, baccata. Alb. cartilagineum. Emb. incurvus, radicula vaga.

POSOQUERIA longiflora. Tab. 193. fig. 2.

Solena. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 96. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 205.

Posoqueria longiflora. AUBL. *guy.* 1. *p.* 134.

Ex dono D^ni DUPUIS.

PER. Bacca ovata l. elliptica, infera, corticata, ovum gallinaceum magnitudine vix æquans, ab impressionibus seminum levissime rotundato-nodosa, in umbonem sursum attenuata & intra calycis dentes inæquales inflexos umbilicata, vix sensibiliter bisulca, lutea, bilocularis. Cortex crassiusculus carnosus, siccitate autem fungosus, saporis grati subdulcis, flavescens. Dissepimentum membranaceum, tenue, cum membrana corticem intus vestiente tenuissima continuum, flaccidum.

REC. . . .

SEM. quinque ad sex in quovis loculo, pulpa molli rufescenti baccata, arcte sibi approximata magnitudine pisi, hinc convexa, inde a vicinis cuneiformi angulata, lutescentia, *Chalaza* fusca notata.

INT. simplex, membranaceum, tenue, albumini arctissime adnatum.

ALB.

Alb. ſemini conforme, cartilagineum, ſordide mellinum, corneo-transparens. Emb. dorſalis, leviſſime incurvus, tertia albuminis parte brevior, albus. *Cotyl.* cordatæ, foliaceæ, acuminatæ, nervo intermedio valido cum radicula continuo percurſæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus duplo fere longior, clavata, leviter incurva, obtuſiſſima, umbilico & chalaza obverſa, vaga.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverſe diſſecta. c.) Semina ſoluta diverſæ formæ. d.) Albuminis ſectio horizontalis cum ſitu embryonis. E.) Embryo ſolutus.

Fructus icon Aubletiana tota erronea, vel ſaltem valdopere alienata, ſemina autem cum noſtris ex aſſe æmula ſunt, ita, ut nullum dubium reſtet, quin hic fructus ad Poſoqueriam Aubletii pertineat.

Receptaculum cum parte diſſepimenti in noſtro ſpecimine erat ablatum.

Posoqueria drupacea. Tab. 195. fig. 1.

E collectione ſeminum hort. Lugd. Bat., & ex inſ. Java a Cel. Prof. Brugmanns.

Drupa grandiuſcula, baccata, oblonga, vix compreſſa, baſi umbilicata, vertice autem ruga circulari ſubæquali coronata & intra hanc areolà parvà elevatà planiuſculà umbonata, rubra. (a) Caro craſſa, firma, fibris & trabeculis oſſeis intermixta, flaveſcens. Putamen oſſeum, didymum, craſſum. Diſſepimentum ex duplicatura laminarum oſſearum putaminis conflatum, in medio autem in membranam tenuem extenuatum. Receptaculum medio diſſepimento utrinque ope laminæ integerrimæ longitudinaliter adnatum, maximum, oblongum, carnoſo-pulpoſum, cum pulpa ſemina obvolvente confluens & ipſa ſtrato unico in peripheria nidulantia gerens. (b.) Semina numeroſa, circa quadraginta in quovis loculo & plura, incumbentia, pulpà a receptaculo proveniante obvoluta, hinc craſſiuſcula convexa, inde cuneiformi angulata, ad umbilicum in extremitate obtuſiore locatum *Chalaza* fuſca notata, ſubtransparentia, mellina. (c.) Integumentum ſimplex, colore quidem obſcuriore facile ab albumine diſcernendum, ſed ipſi arctiſſime adnatum. Albumen ſemini conforme, cartilagineum, corneo-transparens, e luteſcenti pallidum. Embryo dimidium albumen longitudine ſuperans & ad ejus dorſum ſeſe vergens, prope umbilicum locatus, leviter curvatus, albus. *Cotyl.* cordatæ, radicula paulo breviores, foliaceæ, acuminatæ, nervoſæ, incumbentes. *Rad.* longa, leviter incurva, clavata, obtuſiſſima, umbilico externo obverſa, vaga. (d. E. F.)

GARDENIA. vid. Carpol. Vol. I. p. 140. Vol. II. p. 480.

Gardenia latifolia. Tab. 193. fig. 3.

Gardenia inermis, foliis ovato-subrotundis, corollis hypocrateriformibus, laciniis calycinis subulatis obtuse carinatis. Ait. *hort. Kew. 1. p. 294.* Willd. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1226.* Persoon. *syn. pl. 1. p. 198.*

Ex horto regio Kewensi.

Bacca obovata l. subglobosa nucis juglandis magnitudine, hinc in pedunculum crassiusculum attenuata, inde calyce quinquepartito rigidiusculo coronata, pallide occhracea, corticata, unilocularis. (a.) Cortex lignoso-suberosus; crassus, extus longitudinaliter obsolete sulcatus l. rugosus, intus membranà tenerrimà levigatà vestitus & quatuor dissepimentis incompletis angustissimis instructus. Caro mollis, vetustate fusca, cum seminibus undique in illa inordinate nidulantibus in corpus rotundato-tetragonum compaginata, dissepimentis incompletis sulcis quatuor correspondentibus adhærens. Semina plurima parva, ovata, pallida. (b. c.)

Gardenia sulcata. Tab. 194. fig. 1.

Ex dono D[ni] Dupuis.

Bacca grandiuscula, lutescens, obovata l. elliptica, deorsum in pedunculum crassum attenuata, profunde costato-sulcata, l. sulcis elevatis longitudinalibus obtusis angulata, calyce coronata, corticata, unilocularis (a.) Cortex lignosus, crassissimus, ex epidermide tenui grabra & ex fibris lignosis filiformibus rigidis substantia granulosa junctis compaginatus; intus membrana chartacea levigata & in sex lobos facile a cortice recedentes divisa vestitus. Dissepimenta incompleta adeo angusta, ut eorum vix adsit vestigium, quæ nonnisi a curvatura levissima loborum laminæ chartaceæ indicantur. Caro mollis, pulposa, excolor l., ut in vetusto specimine apparet, flavescens, undique seminibus nidulantibus referta & cum ipsis in unum corpus, quod nonnisi juxta peripheriam cum cortice cohæret, commixta. Rec. nullum; semina absque ordine in pulpa nidulantur. (b.) Semina plurima, parva, orbiculata l. irregulariter ovata, lenticulari-compressa, flavescentia, ad marginem semicanali pro decursu funiculi umbilicalis instructa & areola parva concolore notata. (c. C.) Int. simplex membranaceum, tenue, lubenter ab albumine secedens. Alb. semini conforme, cartilagineum, fuscum, opacum. Emb. rectus, tertiam albuminis partem longitudine fere superans, niveus. *Cotyl.* orbiculatæ l. subovatæ, foliaceæ, nervosæ. *Rad.* recta, longitudine cotyledonum, clavata l. ad apicem paulum incrassata, teretiuscula, obtusissima, umbilico externo obversa, vaga.

Utrum revera nova sit species, an una ex jam cognitis, fortasse G. *florida*, aliis enodandum relinquimus. Quamvis nostrum specimen ab insectis sit mutilatum, calyce nimirum coronante orbatum, satius tamen esse duximus, iconem fructus cæterum immutati tradere, quam hunc a cæteris cognitis Gardeniæ speciebus diversum silentio plane præterire, ut tandem verus hujus generis character carpologicus eruatur. Corticis compages hujus speciei eadem est ac in G. *Thunbergia* Carpol. T. 177. at dissepimentorum conditio diversa.

Quod si Pericarpii diversitatem inter plantas ad Gardeniæ genus vulgo relatas respicimus, in duo genera separandas esse censemus: unum *Gardeniæ* gaudens baccis calyce quinquedentato coronatis unilocularibus & dissepimentis incompletis instructum; alterum *Cerisci*, (a Posoqueria solo defectu receptaculi diversum,) baccis calyce tubuloso aut rudimento calycis verrucoso coronatis, bilocularibus; inde G. Rothmannia l. c. ad Ceriscum amandanda esset. Ex quibus certe elucet, Gardeniæ genus ultro esse examinandum, utrum & observationes anthologicæ hanc separationem suadeant, an vero genus unicum retinendum sit, & a pericarpiorum diversa conditione respectu dissepimentorum &c. divisionis tantum momentum sumendum.

65. COUTAREA.

Aubl. *guy.* *t.* 122. **Juss.** *gen.* *p.* 202. **Lamarck** *ill.* *gen.* *t.* 257. Portlandia. **Schreb.** *gen.* 299.

Flores basi bracteis duabus aristatis deciduis muniti.

Cal. monophyllus, superus, turbinatus, ad limbum ampliatus; limbo 6. (l. rarius 7.) partito, deciduo: laciniis rectis aristatis. Cor monopetala, ovarii disco inserta, infundibuliformis, sursum sensim ampliata, incurva, sub fauce ventricosa; limbo 6. (l. 7.) partito: laciniis brevibus, cordatis, acutis, patentibus, recurvis. Stam. 6. (l. 7.); filamentis longitudine tubi linearibus, ad basin corollæ insertis; antheris longis, erectis, subulato-linearibus, exsertis. Ovar. inferum, stylo simplici filiformi stamina longitudine æquante, & stigmate capitato sulcato munitum. Caps. coriaceo-chartacea, obovata, compressa, bilocularis, subquadrivalvis, polysperma. Rec. fungosum. Sem. alis membranaceis cincta, compressa, erecta. Rec. fungosum. Alb. carnosum. Emb. longus, radicula centripeta.

Coutarea speciosa. Tab. 194. fig. 2.

Portlandia floribus hexandris. **Jacq.** *amer.* *p.* 63. *t.* 182. *f.* 20. **Linn.** *mant.* *p.* 45. *Syst.* *veg.* *ed.* 14. *p.* 213.

Portlandia floribus hexandris, tubo subincurvo, pedunculis ternatis, foliis ovatis. **Swartz** *fl.* *ind.* *occid.* 1. *p.* 385. **Willd.** *spec.* *pl.* *T.* 1. *P.* 2. *p.* 936.

Couta-

Coutarea speciosa AUBL. *guy.* 1. *p.* 314. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 392.

E collectione Cel. DESFONTAINES & ex dono D^ni^ DUPUIS.

PER. Capsula infera, e pedunculo crassiusculo obovata, compressa, utrinque medio vix carinata, in vertice obtusissimo calycis rudimento angulato coronata & intra hunc annulo calloso a corollæ lapsu insignita, ex duabus laminis conferruminata: *exteriore* rufescenti coriacea & nervis obsoletis longitudinalibus striata, *interiore* chartacea glaberrima helvola; bilocularis, a vertice quadrivariam dehiscens: dehiscentia ad dissepimenti insertionem profundissima, ad marginem vero vix ad mediam capsulam pertingente. Dissepimentum a valvularum margine inflexo ortum, angustissimum, post dehiscentiam capsulæ a valvis secedens, utrinque acuminatum.

REC. fungosum, oblongo-acuminatum, subliberum, hinc processubus papillaribus longitudinalibus compressis scabratum, inde radice angustiore convexa medio septo utrinque adnatum.

SEM. plura, circa viginti in quovis loculo, reniformia, arcte sibi verticaliter approximata & pelvi receptaculi processubus affixa, foliaceo-compressa, lato margine membranaceo undulato cincta, e spadiceo rufescentia.

INT. simplex, reticulato-membranaceum, in marginem seminis dilatatum, albumini arcte adnatum.

ALB. orbiculatum, l. ovatum, ad umbilicum in mucronem productum, compressum, hinc convexiusculum inde vix concavum, duriusculum, carnosum, sordide mellinum.

EMB. rectus, dimidio albumine longior & in ejus diametro umbilicum versus locatus, pallidus. *Cotyl.* foliaceæ, cordato-obtusæ, nervo intermedio valido simplici instructæ, accumbentes. *Rad.* longa, recta, cotyledonibus duplo fere longior, subclavata, teretiuscula, apice conico obtuso mucroni albuminis & simul umbilico proxima, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Capsula integra. b.) Eadem dehiscens cum dissepimenti parte superiore a valvis secedente. c.) Valvæ utriusque sectio verticalis ad dehiscentiam marginalem cum situ seminum & receptaculi. d.) Semina soluta. e.) Idem transverse sectum. F.) Albuminis sectio horizontalis cum embryone in situ. G.) Embryo solutus, cotyledonibus paululum a se invicem diductis.

66. PINCKNEYA.

MICHAUX *flor. bor. amer.* p. 103.

Cal. oblongus, turbinatus, inferus, quinquepartitus; laciniis rectis, lanceolato-subulatis, acutis, patentiusculis, deciduis, subæqualibus, una vel duabus in bracteam foliaceam coloratam apice dilatatis. Cor. monopetala infun-

fundibuliformis; tubo longo ſenſim paulum ampliato, fauce patente; limbo quinquepartito: laciniis oblongis obtuſis reflexis. Stam. quinque; filamentis filiformibus, tubum ſuperantibus & ad ejus baſin inſertis; antheris oblongis incumbentibus. Ovar. inferum, ſtylo ſimplici filiformi & ſtigmate obtuſo bilobo præpilatum. Capſ. infera, coriaceo-chartacea, ſubgloboſa, ſulcato-didyma, bilocularis, bivalvis. Rec. in utroque loculamento gemina, fungoſo-membranacea. Sem. plurima, biſeriatim horizontaliter ſibi incumbentia, compreſſa. Alb. carnoſum. Emb. cotyledonibus foliaceis, concavis, radicula centripeta.

PINCKNEYA pubeſcens. Tab. 194. fig. 3.

Pinckneya (pubens,) foliis ovalibus, utrinque acutis, ſubtus ſubtomentoſis. MICHAUX *flor. bor. amer.* 1. *p.* 105. *t.* 13.

Pinknea. PERSOON *ſyn. pl.* 1. *p.* 197.

E collectione Cel. DESFONTAINES & ab amiciſſ. D^{no} DECANDOLLE.

PER. Capſula infera, ſubgloboſa, compreſſiuſcula l. transverſe paulo latior quam craſſa, turgida, ſulco intermedio didyma, in vertice areâ latâ annulo cinctâ lineari a calycis lapſu notata, ex duabus laminis conferruminatâ: *exteriore* coriacea, tenui, ſetulis minimis albis hiſpida & nervis octo longitudinalibus inſcripta, rubicunda; *interiore* chartacea, glabra & nervis anaſtomoſantibus reticulata; bilocularis, bivalvis: valvis ad medium usque cum diſſepimento dehiſcentibus. Diſſepimentum membranaceum, valvis contrarium & ſulco externo adnatum, dehiſcendo bipartitum.

REC. in quovis loculamento gemina, ex marginibus diſſepimenti fiſſi reflexis orta, intra loculamenta prominula, ſurſum deorſumque deliqueſcentia, anguſta, fungoſo-membranacea, patentia.

SEM. numeroſa, in quovis loculamento binis ſtratis horizontalibus imbricata & emarginatione umbilicali receptaculis commiſſa, integumento laxo involucrante ampliata, parva, oblonga l. ſubreniformia, compreſſiuſcula, proxime ad emarginationem hærentia, pallida.

INT. duplex: *exterius* laxiſſimum ita, ut in involucri formam ampliatum ſit, compreſſum, quadrantem fere circuli referens & ad angulum umbilicalem profunde emarginatum, ſaccatum, ex membrana tenui minutiſſime-hexagono-reticulata conflatum, pallide ſtramineum; *interius* itidem membranaceum, tenuiſſimum, albumini arctiſſime adnatum.

ALB. ſemini conforme, exiguum, carnoſum, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, rectus, umbilico paulo propior, niveus. *Cotyl.* foliaceæ, ovato-cordatæ, nervoſæ, hinc convexæ, inde concavæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus brevior, craſſa, conica, in nervum cotyledonum excurrens, diſcreta ad receptaculum paululum incurva, umbilico externo obverſa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra. b.) Eadem dehiſcens. c.) Semina in ſitu. d.) Eadem ſoluta & ab utraque parte ſpectata. E.) Integumentum exterius horizontali modo diſſectum cum ſitu nuclei. f) Albumen, integumento interiore veſtitum. G.) Idem transverſe ſectum. H.) Ejusdem ſectio verticalis cum ſitu embryonis a parte convexa. I.) Embryo ſolutus, a parte concava ſpectatus.

Laminarum capſulæ indicatio ob tenuem laminam exteriorem cum interiore concolorem, & lente tantum ab altera diſtinguendam, in icone omiſſa.

Stirps ob embryonis magnitudinem & inſuetas cotyledones concavas inter Cinchonas ſingulariſſima.

67. PSATHURA. Commers.

Juss. *gen. p.* 206. Lamarck *ill. gen. t.* 260.

Cal. monophyllus, ſuperus, ſexdentatus, perſiſtens. Cor. monopetala, intus barbata; tubo breviſſimo; limbo ſexdentato, patente, plano; dentibus acutis. Stam. ſex; filamentis breviſſimis, infra faucem corollæ inſertis; antheris oblongis, erectis, didymis. Ovar. inferum; ſtylo ſimplici, filiformi; ſtigmatibus 3. l. 4. lamellatis, acutis. Bacca infera, parva, globoſa, ſulcata, coronata, hexapyrena. Semina ſolitaria, erecta. Alb. carnoſum. Emb. . . .

Psathura corymboſa. Tab. 194. fig. 4.

Pſathura. Willd. *ſpec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 229. Persoon *ſyn. pl.* 1. *p.* 392.

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Bacca parva magnitudine grani piperis, globoſa, ſulcato-ſtriata, intra calycem perſiſtentem ſexdentatum in vertice umbilicata & umbone minimo in centro ſtipata, obſcure cœrulea, hexapyrena. Caro debilis, pulpoſo-farinoſa. Pyrenæ oſſeæ, erectæ, arctiſſime ſibi approximatæ, hinc rotundato-gibbæ, inde cuneato-acutæ & ab baſin umbilico parvo pervio inſtructæ, monoſpermæ.

Rec. nullum; pyrenæ & ſemina ope funiculorum umbilicalium ad baſin affixæ.

Sem. ſolitaria, cavitatem pyrenarum exacte replentia, rotundato-cuneata, e rubro ſtraminea.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum. . . .

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Corymbi frugiferi pars. B.) Bacca integra, magnitudine aucta. C.) Eadem medio transverſe

verse dissecta cum situ pyrenarum. D.) Pyrenæ separatæ, a latere & a ventre spectatæ. E.) Pyrenæ sectio verticalis cum situ seminis. F.) Semen solutum. G.) Albumen transverse dissectum.

Psathura pyrenis & seminibus erectis & basi baccæ affixis essentialiter ab Erythali diversa.

68. DANAIS. Commers.

Pæderia. Juss. *gen. p.* 205. Lamarck *ill. gen. t.* 166. *f.* 2.

Stirps per abortum sexuum dioica.

MAS. Cal. superus, minimus, quinquedentatus. Cor. infundibuliformis, tubulosa, intus hirta; limbo quinquepartito: laciniis angustis, acuminatis, patentibus. Stam. 5. I. rarius 6.; filamentis longis, tubum multum superantibus & paulo supra ejus medium insertis, linearibus; antheris subulatis, incumbentibus. Ovar. incompletum.

FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Staminum rudimenta intra tubum inclusa. Ovar. inferum, didymum, stylo longo filiformi apice bifido & stigmatibus simplicibus instructum. Capf. infera, subglobosa, coriaceo-chartacea, didyma, calyce persistente coronata, bilocularis, bivalvis. Rec. fungosum, dissepimento utrinque adnatum. Sem. bracteata, verticalia, imbricata. Alb. carnosum. Emb. . . .

Danais fragrans. Tab. 195. fig. 2.

Pæderia cymis multifloris, corollarum laciniis angustis patentissimis, genitalibus exsertis. Lamarck *dict. 2. p. 260.*

Pæderia staminibus exsertis. Willd. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1219.*

Danais (fragrans β. coronata,) capsulis lævibus calyce persistente coronatis. Persoon *syn. pl. 1. p. 198.*

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capsula subglobosa, compressiuscula transverse paulò latior quam crassa, inflata, didyma, dentibus parvis calycinis remotis sub vertice obtuse umbonato coronata, ex duabus laminis arcte sibi adglutinatis viridiusculis concoloribus conferruminata: *exteriore* coriacea, tenui, glabra; *interiore* chartacea, paulo crassiore, intus levigata; ad latitudinem ab apice ad medium usque dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum membranaceum, sulco externo obversum, valvis contrarium.

Rec. fungosum, dissepimento utrinque adnatum, ellipticum, acuminatum, lenticulari-convexum, & tuberculis parvis undique exasperatum.

Sem. numerosa, verticaliter circum receptaculum strato simplici imbricata, lenticulari-convexa, intra integumentum externum involucrans inclusa,

cæte-

cæterum orbiculato-bracteata, hinc convexa & in centro umbone minimo instructa, inde concava medio autem convexa & umbilico parvo centrali instructa, lutescentia.

Int. duplex; *exterius* spongioso-membranaceum, in centro inter duas laminas semen fovens, per ambitum inæqualiter denticulatum: *interius* itidem membranaceum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum. . . .

Emb. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra. b.) Eadem verticaliter dissecta cum situ seminum naturali. c.) Ejusdem sectio transversalis cum receptaculis dissepimento adnatis. d. D.) Semina soluta, ab utraque parte spectata. E.) Idem medio transverse sectum.

Nullum dubium restat, quin Danais diversum a Paederia constituat genus, uti jam pridem Cel. Ventenat in *Inst. regn. veg. V. 2. p. 584.* statuerat.

Capsula in nostro specimine erat immatura & inde capsulæ lamina exterior adhuc valde tenuis; duplicitas igitur laminarum in icone iterum omissa; semina quoque omnia erant cassa; alii itaque, quibus licet matura videre semina, in embryonis formam atque situm inquirant.

69. PAEDERIA.

Linn. *mant. p. 7. gen. ed. Schreb. 412.* Juss. *gen. p. 205.* Lamarck *ill. gen. t. 166. f. 1.*

Cal. superus, parvus, turbinatus, quinquedentatus, persistens. Cor. monopetala; tubo infundibuliformi, intus hirto; limbo quinquepartito, plano: laciniis brevibus, acutis. Stam. quinque; filamentis brevissimis, subulatis, medio tubo insertis; antheris oblongis, erectis, non exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici longitudine tubi, apice bifido; stigmatibus simplicibus. Bacca parva, infera, calyce coronata, disperma. Sem. lenticularia, subglobosa. Alb. carnosum. Emb. magnus, dorsalis, radicula infera.

Paederia foetida. Tab. 195. fig. 3.

Convolvulus foetidus. Rumph. *amb. 5. p. 436. t. 160.*

Apocynum foetidum. Burm. *fl. ind. p. 71.*

Paederia cymis paucifloris, corollarum laciniis ovalibus, genitalibus subinclusis. Lamarck *dict. 2. p. 259.*

Pade-

Paderia. Linn. *mant. p. 52. Syst. veg. ed. 14. p. 250. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 2. p. 1219.* Thunb. *jap. p. 106.* Persoon *syn. pl. 1. p. 210.*
Icon. Kæmpf. *ic. sel. posth. t. 9.*

E collectione Banksiana.

Per. Bacca infera, parva magnitudine pisi, globosa, l. ovata, calyce quinquedentato erecto coronata & intra hunc in vertice umbone calloso fastigiata, epidermide fragili lutea tecta, unilocularis, disperma. Caro admodum debilis, vasis nutriciis filiformibus semina amplexantibus percursa.

Rec. nullum; semina umbilico ad basin seminum sito basi baccæ adnata.

Sem. duo opposita, erecta, orbiculata, lenticulari-subglobosa, l. hinc convexa, inde planiuscula l. leviter concava, ad basin lateris plani umbilico parvo notata, atro-fusca.

Int. simplex, membranaceum, ab albumine vix secedens.

Alb. semini conforme, duriusculum, carnosum, pallidum, vetustate autem pallide mellinum.

Emb. magnus, erectus, vix ex centro albuminis ad ejus basin depressus, curvulus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, cordato-orbiculatæ & ad radiculæ insertionem profunde incisæ, obtusissimæ, hinc convexæ inde autem concavæ, nervosæ, incumbentes. *Rad.* brevis, incurva, e nervo cotyledonum intermedio oriunda, clavata, obtusa, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars racemi frugiferi cum ovariis quibusdam immaturis. B.) Bacca integra. C.) Eadem cum seminibus in situ, a carne ad medium usque denudatis. D.) Ejusdem & seminum sectio transversalis. e.) Semen solutum, ab utraque parte spectatum. f. F.) Albumen verticali modo dissectum cum embryone in situ. G.) Embryo solutus.

70. RUBIA.

Tourn. *inst. t. 38.* Linn. *gen. 127. ed. Schreb. 164.*
Juss. *gen. p. 197.* Lamarck *ill. gen. t. 60.*

Cal. superus, minimus, quadridentatus, deciduus. Cor. monopetala, campanulata, quadri- (rarius tri- l. quinque - l. sex-) partita. Stam. 4. (rarius 3. l. 5. l. 6.) filamentis subulatis, corolla brevioribus. Ovar. inferum, didymum, stylo superne bifido & stigmatibus capitatis præpilatum. Semina duo, baccata, infera. Alb. meniscatum, subcartilagineum. Emb. dorsalis, cotyledonibus leviter plicatis.

Rubia lucida. Tab. 195. fig. 4.

Rubia foliis perennantibus senis ellipticis lucidis caule laevi. LINN. *syst. nat. ed. 12. p. 732. Syst. veg. ed. 14. p. 152. Spec. pl. ed. Willd. T. 1. P. 1. p. 605.*
E collectione Cel. DESFONTAINES.

PER. nullum; nisi cuticulam atro-cœruleam subcarnosam semina obtegentem sumas.

REC. nullum; semina pedunculo insidentia & sibi invicem in pariete ventrali juncta.

SEM. duo (altero autem sæpius abortiente), infera, baccata, subglobosa l. hinc convexa, inde planiuscula & in centro foveolâ rotundatâ excavata, l. menifcoideo - umbilicata, funiculo brevissimo umbilicali ad basin partis ventralis instructa, atra.

INT. simplex, membranaceum, validum, albumini arctissime adnatum.

ALB. semini conforme, menifcoideo-umbilicatum, l. loculamento spurio excavatum & umbilici disco clausum, subcartilagineum, cinereum.

EMB. dorsalis, erectus, curvatus, albus. *Cotyl.* ovatæ, subfoliaceæ, leviter sigmoideo - plicatæ, incumbentes marginibus dimotis. *Rad.* cotyledones longitudine æquans, teretiuscula, cum cotyledonibus incurva, vix sensibiliter clavata, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ramulus frugifer cum seminibus solitariis, alteris nimirum abortivis. b.) Semen cuticula adhuc vestitum, & a parte ventrali spectatum. c.) Idem a cuticula & a carne denudatum. d.) Albumen transverse & e.) Idem verticali modo sectum cum situ embryonis. F.) Embryo solutus.

71. MYONIMA. COMMERS.

JUSS. *gen.* p. 206. LAMARCK *ill. gen. t.* 68.

Cal. monophyllus, superus, minimus, deciduus: limbo subintegro, l. inæqualiter octodentato. Cor. monopetala, breviter tubulosa; limbo obtuse quadripartito. Stam. 4.; filamentis brevibus; antheris oblongis, exsertis. Ovar. inferum, stylo simplici & stigmate crassiusculo instructum. Bacca infera, subglobosa, non-coronata, tetrapyrena; pyrenis monospermis. Sem. menifcoideo - umbilicata. Emb. dorsalis, erectus; radicula infera.

MYONIMA obovata. Tab. 195. fig. 5.

Myonima foliis obovatis, obtusis, baccis obtuse tetragonis. LAMARCK *ill. gen. n. 1482. Dict. 4. p. 397.*

Myonima foliis obovatis acuminatis. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 614.* PERSOON *syn. pl. 1. p. 131.*

E

E collectione Cel. DESFONTAINES.

PER. Bacca infera, subglobosa, rotundato-tetragona, depressiuscula, umbone obtusissimo & lata area pallida intra calycis rudimentum obtuse octodentatum l. inaequale in vertice insignita, pedunculo tenui insidens, rubra, tetrapyrena. Caro solida, crassa, granulosa, pyrenis arcte adhaerens, flavescens. Pyrenae osseae, crassae, hinc inaequales in vertice nimirum sursum acuminatae & in dorso processubus mammillaribus gibbae, ad basin vero incrassatae obtusae, inde cuneatae parietibus planis, & ad angulum basilarem rima parva pro introitu funiculi umbilicalis insignitae, monospermae.

REC. *commune* nullum: pyrenae enim arctissime sibi approximatae & carni undique adnatae; *proprium* seminum funiculus umbilicalis brevis, in proprio canali pyrenae inscripto umbilicum in pelvi situm adeuns.

SEM. solitaria, cavitati pyrenarum exacte respondentia, compresso-reniformia, sursum attenuata, hinc in dorso latissima convexa marginibus obtusis rotundatis in ventrem reflexis, inde in ventre subconcava vel leviter meniscata, & paulo supra medium pelvim foveola parva rotundata umbilicali insignita, rufa.

INT. simplex, membranaceum, tenue, albumini arcte adnatum.

ALB. semini conforme meniscatum, duriusculum, carnosum, flavescens.

EMB. dorsalis, curvatus, erectus, basi albuminis paulo propior, & illud longitudine fere aequans, pallide lutescens. *Cotyl.* cordatae, obtusae, crassiusculae, nervo intermedio a radicula oriundo percursae, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, & cum illis curvata, teretiuscula, ab umbilico externo declinis, infera.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverse secta cum pyrenis in situ a carne ad medium usque denudatis. c.) Pyrena soluta, a dorso & d.) Eadem a ventre spectata. e.) Ejusdem sectio verticalis cum semine in situ. f.) Semen solutum, a ventre spectatum. g.) Embryonis figura & situs in dorso albuminis. H.) Embryo solutus cotyledonibus paululum a se invicem diductis.

72. ANTHOSPERMUM.

LINN. *gen.* 1164. *ed. Schreb.* 1501. JUSS. *gen. p.* 197.
Tournefortia. PONTED. *epist.* 11.

Cal. superus, minimus, quadridentatus, deciduus. Cor. monophylla; tubo conico, brevi; limbo profunde quadripartito: laciniis ovato-oblongis, revolutis, obtusis. Stam. 4.; filamentis capillaribus, erectis, infimo tubo in-

insertis, corollam vix æquantibus; antheris tetragonis, oblongis, erectis. Ovar. inferum; styl. . . . ; stigm. . . . Sem. duo. Alb. subcartilagineum. Emb. dorsalis, erectus.

ANTHOSPERMUM ciliare. Tab. 195. fig. 6.

Clinopodium africanum procumbens psyllii foliis & capitulis cum cauliculo lanugine vestitis. PLUKN. *mant. 51. t. 244. f. 5.*

Anthospermum foliis carina margineque ciliatis. LINN. *spec. pl. p. 1512. Syst. veg. ed. 14. p. 919.*

A Cl. THUNBERG cum sequente.

PER. nullum; præter cuticulam tenuissimam semina leviter obtegentem.

REC. nullum; semina pedunculo brevissimo bidentato basi affixa, & latere ventrali sibi invicem juncta.

SEM. duo, infera, exigua, glabra, subglobosa l. subelliptica; hinc convexa, inde foveola ovata basi seminis propiore & nervo intermedio bipartita exsculpta, l. meniscoideo - umbilicata, fusca.

INT. simplex, membranaceum, validum, albumini arctissime adnatum.

ALB. semini conforme, meniscatum. . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Semina gemina a ramulo separata. C.) Semen solutum, ventre spectatum. D.) Albumen medio transverse sectum.

In plurimis seminulis mihi non contigit, invenire ullam embryonis umbram.

ANTHOSPERMUM æthiopicum. ibid.

Frutex africanus ambram spirans. PLUKN. *alm. 159. t. 183. f. 1.* WALT. *hort. 24. t. 9.*

Anthospermum. LINN. *hort. cliff. 455. t. 27.*

Anthospermum foliis lævibus. LINN. *spec. pl. p. 1511. Syst. veg. ed. 14. p. 919.*

Semina parva in axillis foliorum verticillatim nascentia, duo coadunata, cuticula tenuissima obtecta, elliptico - oblonga, sursum paulo crassiora, (a. B.) hinc convexa, inde subconcava, l. meniscoideo - umbilicata & nervo intermedio insignita; in vertice foveola parva semicirculari exsculpta, fusca. (C.) Integumentum simplex, membranaceum, validum, cum albumine arctissime conferruminatum. Albumen semini conforme, externe subcartilagineum mellinum, axim versus carnosum evadens pallidum. Embryo dorsalis, oblongus, erectus, albus. *Cotyl.* oblongæ, plano - convexæ, obtusissimæ, incum-

cumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, teretiuſcula, recta, obtuſa, infera. (D. E. F.)

73. ASPERULA.

LINN. *gen.* 121. *ed. Schreb.* 157. JUSS. *gen. p.* 196.
LAMARCK *ill. gen. t.* 61.

Cal. ſuperus, parvus, quadridentatus, deciduus. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo longo, cylindraceo; limbo quadri- (l. rarius tri-) partito. Stam. 4. (l. rarius 3.); filamentis brevibus, ſummo tubo inſertis. Ovar. inferum, didymum; ſtylo filiformi, apice bifido, & ſtigmate capitato. Sem. duo, infera, non meniſcata. Alb. ſubcartilagineum, ſolidum. Emb. dorſalis, curvatus, erectus.

ASPERULA cynanchica. Tab. 195. fig. 7.

Galium album minus. TABERN. *hiſt.* 433. *f.* 2.

Rubia cynanchica. BAUH. *pin.* 333. *Hiſt.* 3. *p.* 723.

Aſperula caule firmo, ramoſo, foliis linearibus quaternis, ſummis conjugatis. HALL. *helv. n.* 730.

Aſperula foliis quaternis linearibus: ſuperioribus oppoſitis, caule erecto, floribus quadrifidis. LINN. *ſyſt. veg. ed.* 14. *p.* 149. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *P.* 1. *p.* 579. PERSOON *ſyn. pl.* 1. *p.* 124.

PER. nullum; præter cuticulam tenuem e cinereo virideſcentem ſeminibus adnatam, ſed facile detrahendam.

REC. nullum; ſemina baſi pedunculo affixa, & ad ventrem coadunata.

SEM. duo (altero nonunquam abortiente), infera, parva, obelliptica, ſubgloboſa, punctis minimis calloſis exaſperata, ad ventrem umbilico longitudinali ad baſin uſque decurrente fuſco calloſo inſtructa, tota ſolida.

INT. ſimplex, membranaceum, albumini arctiſſime adnatum.

ALB. ſemini conforme, ſubcartilagineum, ſolidum, cinereum.

EMB. erectus, dorſalis, curvatus, albus. *Cotyl.* ovatæ, tenuiſſimæ, obtuſæ, cum radicula curvatæ, incumbentes. *Rad.* cotyledones longitudine æquans, teretiuſcula, incurva, umbilico externo obverſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Semina duo coadunata. C.) Semen a dorſo ſpectatum. D.) Idem a ventre viſum, remanente callo a ſemine altero abortivo. E.) Umbilici figura & ſitus in ſeminis ventre. F.) Albumen verticaliter ſectum cum ſitu & curvatura embryonis. G.) Embryo ſeparatus.

74. TETRAMERIUM.

Cal. ſuperus, parvus, laxus, obtuſe quadridentatus, perſiſtens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo cylindrico, ad faucem incraſſato; limbo quadripartito: laciniis longis, lanceolatis, acuminatis, patentibus. Stam. quatuor; filamentis breviſſimis, paulo ſupra medium corollæ tubum inſertis; antheris oblongis, incumbentibus, rectis, vix e fauce corollæ prominulis. Ovar. inferum, ſtylo ſimplici longitudine tubi & ſtigmate bifido inſtructum. Drupa ſicca, depreſſiuſcula, coronata, monoſperma. Semen ſubgloboſum, tetrangulo-meniſcatum. Alb. cartilagineum. Emb. lateralis.

Tetramerium odoratiſſimum. Tab. 196. fig. 1.

Jaſminum forte arboreum foliis ex adverſo naſcentibus oblongis acuminatis. Sloan. *cat.* 169. *hiſt.* 2. *p.* 97.

Pavetta? foliis oblongo-ovatis oppoſitis, ſtipulis ſetaceis petiolis interpoſitis. Brown. *jam.* 142. *t.* 6.* *f.* 1. optime.

Jaſminum arboreſcens lauri foliis, flore albo odoratiſſimo. Plum. *cat. pl. p.* 17. *pl. amer. p.* 150. *t.* 156. *f.* 2. male.

Ixora (americana,) foliis ternis lanceolato-ovatis, floribus thyrſoideis. Linn. *amoen. acad.* 5. *p.* 393. *Spec. pl.* 3. *p.* 160. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 153. *Spec. pl. ed. Willd. T.* 1. *p.* 610. Persoon *ſyn. pl.* 1. *p.* 130.

Coffea (occidentalis,) floribus quadrifidis, baccis monoſpermis. Jacq. *amer. p.* 67. *t.* 47. Linn. *ſpec. pl. p.* 246. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 215. Persoon *ſyn. pl.* 1. *p.* 209.

Coffea foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, panicula pauciflora trifida terminali, corollis quadrifidis, baccis monoſpermis, ramulis tetragonis. Willd. *ſpec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 974.

Ex inſula Hiſpaniola a Dno Poiteau.

Per. Drupa parva magnitudine piſi majoris, globoſa, l. obſoletiſſime rotundato-tetragona, depreſſiuſcula, infera, calyce parvo obtuſe quadridentato connivente coronata, viridiuſcula, monopyrena. Caro debilis, firma. Putamen oſſeo-chartaceum, albidum, intus levigatiſſimum, & zonis duabus altera ad verticem putaminis evaneſcente quadripartitum, baſi autem in columnulam tetragonam ſubſtantia celluloſa repletam atque in umbilicum calloſum degenerantem congeſtis, monoſpermum.

Rec. nullum: niſi columnulam tetragonam ad baſin putaminis e ſulcis oriundam & in ejus axi adſcendentem ſumas, quæ per umbilicum ſeminis in cavitatem meniſcoideam intrat, & ibi in umbilicum ipſum abit.

Sem. unicum, totam putaminis cavitatem replens, ſubgloboſum, depreſſiuſculum,

culum, hinc convexum & ſulco in duo hemiſphæria diviſum, inde in baſi tetragono-umbilicatum & fovea magna inæquali meniſcatum, cinereum. *Chalaza* fuſca ad latus ſeminis paulum ſub vertice.

INT. ſimplex, membranaceum, validum, arcte cum albumine cohærens.

ALB. ſemini conforme, cartilagineum, meniſcatum, ſordide atrocœruleum.

EMB. in foveola albuminis embryone ipſo paulo majore ſub chalaza locatus, minutus, lateralis, curvulus, oblongus, dilute violaceus. *Cotyl.* ſubhaſtatæ, obtuſæ, convexo-concavæ l. cochleariformes, nervo intermedio violaceo valido percurſæ, diſcretæ, incumbentes. *Rad.* craſſa, inæqualiter ovata, verſus cotyledones in collum breve anguſtata, peripherica, lateralis, ab umbilico externo remota.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ramulus frugifer. B.) Drupa ſeparata. C.) Eadem medio transverſe diſſecta ſemine extruſo, ut columnula baſilaris tetragona in conſpectum veniat. d. & e.) Semen ſeparatum, a vertice & a baſi ſpectatum. f.) Albumen verticali modo ſectum cum ſitu embryonis. G. & H.) Embryo ſolutus, a latere & a parte prona ſpectatus.

Embryonis inveſtigatio valde difficilis eſt, & ob ejus minutiem, & quod gaudeat ſubſtantia fere medullari & vix tractabili.

Genus ab omnibus huc usque cognitis hujus ordinis ſtirpibus ob formam atque ſitum embryonis plane inuſitatum ſingulare, nec cum Coffea nec cum Ixora ullo modo conjungendum. An Ixora *multiflora.* SWARTZ hujus congener?

75. SCYPHIPHORA.

Cal. monophyllus, ſuperus, cylindraceus, brevis, truncatus, integerrimus. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. inferum. Bacca parva, exſucca, octo ſulcata, dipyrena: pyrenis monoſpermis. Sem. oblonga, curvula. Alb. carnoſum. Emb. erectus, centralis, curvulus.

SCYPHIPHORA hydrophylacea. Tab. 196. fig. 2.

Hydrophylax. Collect. Bankſian.

PER. Drupa ſicca, parva, oblonga, compreſſiuſcula, ſulcis octo longitudinalibus inſculpta, infera, calyce truncato membranaceo coronata, dipyrena. Caro ſuberoſo-amylacea, exſucca, epidermide valida glabra tecta, albida & pyrenis arcte adnata. Pyrenæ oblongæ, hinc ſulcis elevatis acutis inſignitæ, inde ſibi approximatæ planiuſculæ, & linea intermedia longitudinali inſcriptæ, ſuboſſeæ, rufeſcentes, uniloculares, monoſpermæ.

Rec. nullum; pyrenæ in axi drupæ fubftantia cellulofa junctæ, ad apicem vero & in bafi fibi arctius adhærentes; femina funiculo umbilicali destituta.

Sem. folitaria, in fumma pyrenarum parte locata, reniformi-oblonga l. leviter incurva, teretiufcula, utrinque obtufa, lutefcentia.

Int. fimplex, membranacêum, tenue.

Alb. femini conforme, carnofum, album.

Emb. cum albumine concentricus, oblongus, erectus, teretiufculus, leviter curvatus, albus. *Cotyl.* oblongæ, plano-convexæ, radicula paulo latiores, obtufiffimæ, accumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, leviter curvata, conico-teretiufcula, ad fcapum paululum gracilior, obtufa & ad apicem macula obfcura notata, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Drupa integra naturali & aucta magnitudine. B.) Eadem transverfe diffecta. C.) Pyrena ab altera foluta, carne & epidermide adhuc veftita. D.) Pyrenæ verticali modo diffectæ cum fitu feminum. e. E.) Semina foluta. F.) Albumen transverfe diffectum. G.) Ejusdem fectio verticalis cum fitu embryonis. H.) Embryo folutus, valde auctus.

ERITHALIS. Conf. Carpol. Vol. I. p. 129.

Erithalis uniflora. Tab. 196. fig. 4.

Erithalis uniflora. Banks *Mfs.*

Bacca obovata l. globofa, infera, furfum in calycem fexdentatum patentiufculum attenuata, fulcis fex profundioribus totidemque minoribus exarata, & paulum fub vertice a feminum bafi protuberante usque ad bafin baccæ tuberculata, rubra, fex-locularis, polyfperma. Caro pulpofa, rubicunda, epidermide tecta, feminibus undique adnata. (a. B.) Diffepimenta membranacea, tenuia, cum maturitate fere penitus evanefcentia, & vix difcernibilia. Rec. nullum; nifi axim carnofum, a carne ipfa non difcretum & cavitate fubulata excavatum fumas. (C.) Semina plurima, parva, verticillatim circum axim baccæ locata & ad peripheriam defluentia, curvula, longiffime elliptica, plano-convexa, ad bafin rotundata obtufiffima, apice autem fimbriato-umbilicata & axi baccæ arctius adhærentia, fcabriufcula, pallida. (d. D.) Integumentum duplex: *exterius* ex fibris offeis intertextis compaginatum, craffum; *interius* membranaceum tenue, in funiculum umbilicalem craffum ad apicem feminis coarctatum. Alb. femini multo anguftius, fubulatum, uti femen ipfum incurvum, carnofum, album. (E. F.) Emb. . . .

Uti in nonnullis aliis hujus ordinis ftirpibus, ita & in hoc genere notæ diftinctivæ fpecierum melius ex fructu quam ex aliis partibus defumi poterunt.

76. CAN-

76. CANTHIUM.

LAMARCK *dict.* I. *p.* 602. JUSS. *gen. p.* 204.
Webera. SCHREB. *gen.* 1733?

Cal. parvus, monophyllus, superus, quadri- (l. quinque-) dentatus: dentibus rectis, acutis. Cor. monopetala, tubulosa; tubo brevi, cylindrico; limbo quadri- (l. quinque-) fido: laciniis ovatis, acutis. Stam. 4. (l. 5.) exserta; filamentis brevissimis, ad faucem corollæ sub incisuris insertis; antheris cordato-oblongis. Ovar. inferum, stylo simplici tubum æquante & stigmate capitato patelliformi munitum. Bacca compressiuscula, coronata, dipyrena; pyrenis osseis, monospermis. Sem. inversa, incurva. Alb. cornosum. Emb. inversus; rad. longissima.

CANTHIUM parviflorum. Tab. 196. fig. 5.

Webera spinosa, foliis subrotundis, cymis paucifloris axillaribus pedunculatis, floribus tetrandris. WILLD. *spec. pl. T.* I. *P.* 2. *p.* 1224.

Canthium (parviflorum,) foliis ovatis petiolatis spinis vix longioribus, dentibus calycinis acutis brevissimis, baccis nudis umbilicatis. LAM. *dict.* I. *p.* 602. PERSOON *syn. pl.* I. *p.* 200.

Icon. ROXB. *corom. pl.* I. *t.* 51.
Ex collectione Banksiana.

PER. Bacca subglobosa l. ovata, compressiuscula, l. transversim paulo latior, infera, calyce quadridentato coronata, nucem avellanam magnitudine æquans, cœrulea, dipyrena. Caro crassiuscula, pyrenis arcte adnata, granulis callosis remixta, viridis. Pyrenæ carne interposita quasi dissepimento disjunctæ, osseæ, reniformi-oblongæ, compressiusculæ, ad verticem latiores & in marginem acutum coarctatæ, basin versus magis attenuatæ obtusæ, ad ventrem hilo parvo desuper processu munitæ, obsolete scrobiculatæ, cultro secundum suturas fissiles, uniloculares, monospermæ.

REC. funiculi umbilicales, filiformes, e baccæ pedunculo oriundi, hilum pyrenarum perterebrantes & ad umbilicum seminis hilo obversum pertingentes.

SEM. solitaria, inæquali-oblonga, incurva, capitellata, & apicula compressa rotundata in vertice terminata, ad ventrem vero ruga oblonga circulari cincta, in qua area atra sub umbilico parvo immerso sita est, fusca.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. in axi albuminis locatus, longus, compressiusculus, incurvus, inversus, albus. *Cotyl.* breves, oblongæ, rectæ, plano-convexæ, accumbentes. *Rad.* longissima, compressa, incurva, sursum latitudine increscens, nervo intermedio in apiculam parvam terminato notata, ab umbilico externo aversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem à Roxborgii icone desumta. c.) Pyrenæ ad medium usque a carne denudatæ. d.) Eædem penitus solutæ, a latere & a ventre spectatæ. e.) Ejusdem sectio verticalis cum semine in situ. f.) Semen solutum, a parte ventrali spectatum. g.) Albumen longitudinaliter dissectum cum embryone in situ. H.) Embryo solutus.

Tsjerou Kara Rheed. *mal. 5. p. 73. t. 37.* ob calycem integerrimum & corollam quinquefidam non hujus loci; an nova hujus generis species?

Canthium didymum. ibid.

Kanden-Kara. Rheed. *mal. 5. p. 71. t. 36.*

Webera cymosa. Collect. Banksian.

Bacca lenticulari-compressa, didyma, utrinque emarginata, purpureo-subcœrulea, dipyrena. (a. b.) Caro flavescens, pulposa. Pyrenæ pulpa interstinctæ, (c.) osseæ, reniformes, crassæ, rotundato-scrobiculatæ, hinc margine acuto cinctæ, inde in ventre hilo profundo instructæ, cultro secundum suturas fissiles, uniloculares, monospermæ. (d.) Rec. ut in priore. Semina solitaria, reniformia rugosa. (e.) Emb. . . .

Semina erant cassa, nec plures baccas dissecare licuit, hinc de embryone nihil addere possum. An & reliquæ plantæ pentandræ, huic generi adscriptæ, vere congeneres?

Planta in collectione Banksiana sub nomine Weberæ *cymosæ.* Willd. asservata certissime non eadem cum planta Willdenovii, quam bacca sphærica magnitudine juniperi gaudere ait; conf. *Spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1224.*

Quoad fructus & seminum fabricam hæc stirps proxime ad Vangueriam accedit.

77. ERNODEA.

Swartz *prod. p.* 29. Schreb. *gen.* 1718. Lamarck *ill. gen.* 1. *p.* 275.

Cal. monophyllus, quadripartitus: laciniis lanceolatis, erectis, acutis, persistentibus. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo cylindraceo, calycem superante; limbo quadrifido: laciniis lanceolatis. revolutis. Stam. quatuor; filamentis subulatis, imo fere tubo insertis, corolla paulo longioribus; antheris sagittatis, erectis, exsertis. Ovar. inferum, stylo simplici, longitudine staminum, apice bifido; stigmata obtusa, simplicia. Bacca parva, coronata, bisulca, dipyrena: pyrenis bipartibilibus, monospermis. Sem. solitaria. Alb. cartilagineum. Emb. erectus: cotyl. foliaceis, discretis.

Ernodea littoralis. Tab. 196. fig. 6.

Thyme-

Thymelæa humilior, foliis acutis atro-virentibus. SLOAN. *hist.* 2. *p.* 93. *t.* 189. *f.* 1. 2.

Knoxia littoralis repens, foliis rigidis oblongis oppositis, floribus singularibus. BROWN. *jam. p.* 140.

Ernodea. SWARTZ *prod. p.* 29. VAHL *symb. bot.* 2. *p.* 28. WILLD. *spec. pl.* 1. *p.* 611.

Ernodea foliis lanceolatis quinquenerviis, floribus sessilibus. LAM. *ill. gen. n.* 1450. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 131.

Ex collectione Cel. DESFONTAINES, & a D^no^ POITEAU.

PER. Bacca parva magnitudine grani piperis, subglobosa l. obovata, sulco longitudinali utrinque inscripta & subdidyma, infera, calyce persistente coronata, viridiuscula, dipyrena. Caro debilis, pyrenis arcte adnata, lutescens. Pyrenæ arctissime sibi approximatæ, obovatæ, osseo-chartaceæ, setulis minimis conspersæ, hinc convexæ, inde planiusculæ & a vertice ad medium usque sulco elevato in foveolam oblongam & foraminulum, quo funiculus umbilicalis intrat, terminato inscriptæ, bipartibiles, monospermæ; pars pyrenæ plana ceu operculo facile a parte concava secedit, & intus a seminis protuberantiis longitudinalibus subconcava est.

REC. nullum; semen funiculo umbilicali brevissimo rimæ partis planæ pyrenes affixum.

SEM. in utraque pyrena singulum, obellipticum, hinc convexum & ad verticem dorsum versus sulcatum, inde ob margines transversim rugosos & ad ventrem inflexos concavum, umbilico longitudinali exserto linea intermedia inscripto insignita, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum, albumini arctissime adnatum.

ALB. semini conforme, cartilagineum, sordide pallidum, l. pallide fuscum.

EMB. dorsalis, erectus, longitudine albuminis paulo brevior & basi ejus propior, rectus, lacteo-albus. *Cotyl.* foliaceæ, tenuissimæ, ovato-cordatæ, subtilissime nervosæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, clavata, recta, obtusa, ab umbilico declinis, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Bacca integra. b. B.) Eadem cum pyrenis & seminibus medio transverse dissecta. c. C.) Pyrenæ solutæ, a dorso & a ventre spectatæ. D.) Eadem, parte plana ablata, cum semine in situ a ventre spectato. E.) Facies interna partis planæ pyrenes. f. F.) Semen separatum, a dorso visum. G.) Albumen cum embryone longitudinaliter sectum. H.) Ejusdem sectio horizontalis cum situ & forma embryonis. I.) Embryo solutus.

78. PLOCAMA.

Ait. *hort. Kew.* 1. *p.* 292. **Schreb.** *gen.* 1738.

Cal. monophyllus minimus, superus, quinquedentatus, persistens. Cor. campanulato-tubulosa; limbo quinquepartito. Stam. quinque; filamentis brevibus, tubo corollæ insertis; antheris linearibus, incumbenti-erectis. Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi-subclavato, staminibus longiore; stigmate obtuso. Bacca minima, ovato-oblonga, coronata, trilocularis, trisperma. Sem. oblonga, marginibus ad ventrem inflexis umbilicata. Alb. subcartilagineum. Emb. dorsalis, rad. infera.

Plocama pendula. Tab. 196. fig. 7.

Plocama. Ait. *hort. Kew.* 1. *p.* 292. Willd. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1210.

Ex horto regio Kewensi.

Per. Bacca minima, oblonga, l. ovato-oblonga, vix sensibiliter rotundato-trigona, infera, calyce quinquedentato adpresso coronata, & intra illum umbilicata, rubra, trilocularis, trisperma. Caro epidermide tecta, pulposa, rufescens. Loculamenta membranacea: membrana tenui albida, extus cum carne arctissime conferruminata, intus lævigata.

Rec. nullum; semina funiculis umbilicalibus brevissimis loculamentorum basi affixa.

Sem. tria, in quovis loculamento singulum, circum axim communem regulariter locata, erecta, longissime elliptica, incurva, hinc convexa glabra, inde marginibus revolutis subconcava l. meniscata, foveola longitudinali nervo intermedio bipartita, basi umbilico minimo instructa, nitida, atrofusca.

Int. simplex, membranaceum, albumini arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, subcartilagineum, lividum.

Emb. erectus, dorsalis, curvulus, longitudine fere albuminis, lacteo-albus. *Cotyl.* oblongæ, radicula multo latiores, plano-convexæ, obtusæ, incumbentes. *Rad.* longitudine cotyledonum, subclavata, leviter incurva, brevissime conico-acuminata, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Bacca integra naturali & aucta magnitudine. B.) Eadem cum seminibus medio transverse dissecta. c. C.) Semina soluta a dorso & a ventre spectata. D.) Albumen longitudinaliter dissectum. E.) Embryonis figura & situs in dorso albuminis. F.) Embryo solutus valde auctus.

J. F. Gmelin in syst. nat. nomen in Placoma pervertit, & Persoon in Synopsi eum sequutus est.

79. HILLIA.

JACQ. *amer.* 96. LINN. *gen.* 444. *ed. Schreb.* 601.
JUSS. *gen. p.* 202. LAMARCK *ill. gen. t.* 257.

Flos basi bracteis sex foliaceis calyciformibus deciduis cinctus.

Cal. monophyllus, superus, bi - l. quadrifidus: laciniis angustis, acutis, persistentibus. Cor. monopetala, tubulosa: tubo longissimo, cylindraceo, ad faucem ventricoso, sulcato; limbo magno, patente, acute quadri - l. sex partito: laciniis planis, obtusiusculis. Stam. 4. l. 6.; filamentis brevissimis, linearibus, paulo sub fauce corollæ insertis; antheris oblongis, erectis, non exsertis. Ovar. inferum, stylo simplici crasso longitudine tubi & stigmate bifido instructum. Folliculus inferus, calyce coronatus, bilocularis, bivalvis. Rec. dissepimento utrinque affixum, bilobum. Semina sursum imbricata, cauda simplici membranacea, l. crinita aucta. Alb. carnosum, exiguum. Emb. erectus.

HILLIA tetrandra. Tab. 197. fig. 1.

Hillia corollis quadrifidis tetrandris, laciniis ovatis acutis. SWARTZ *prod.* 58. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 630. WILLD. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 940. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 392.

Icon. SWARTZ *ic. pl. ind. occid.* 1. *t.* 11.

PER. Capsula folliculiformis infera, oblonga, rotundata, compressiuscula, l. paulo latior quam crassa, sulco longitudinali didyma, calyce persistente coronata & intra hunc circulo calloso a corollæ lapsu & umbone depresso insignita, leviter striata, bilocularis, bivalvis. Valvæ ab apice dehiscentes duplicatæ: lamina *exteriore* crassiore coriacea, *interiore* chartaceo-membranacea, intus lævi. Dissepimentum membranaceum, angustum, sulcis externis obversum.

REC. lamina tenui dissepimento utrinque longitudinaliter affixum, & margine libero incrassatum, obtusum, l. sulco longitudinali leviter bilobum, striatum, fungosum.

SEM. numerosissima, erecta, sursum imbricata; obovata, compressiuscula, intra integumentum spongioso - membranaceum fusiforme hærentia, dilute straminea, l. ferruginea.

INT. duplex: *exterius* spongioso - membranaceum, crassum; hinc umbilicum versus attenuatum truncatum: inde autem in membranam longam ligulatam extenuatum, in media crassitie semen fovens, rufescens; *interius* membranaceum, tenue, albumini arcte adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum.

EMB. . . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Folliculus integer, bracteis aliquot calyciformibus basi vestitus & pedunculo fructifero insidens. b.) Idem medio transverse dissectus. c.) Ejusdem sectio verticalis cum situ receptaculi atque seminum. d. D.) Semina soluta.

HILLIA longiflora. ibid.

Fereiria. VANDELLI *in Roemer pl. hisp. 1. p. 98. t. 6. f. 8.*

Hillia parasitica. JACQ. *amer. p. 96. t. 66.* LINN. *spec. pl. ed. 3. p. 1662.*

Hillia corollis sexfidis, laciniis lanceolatis revolutis, foliis ovatis acutis. SWARTZ *prod. p. 58. Obs. bot. 135. t. 5. f. 1.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 239.* PERSOON *syn. pl. 1. p. 392.*

Semina (a. A.) ut in priore intra integumentum spongioso-membranaceum inclusa, minutula, ovata, l. elliptica, compressiuscula. (c. C.) Integumentum duplex: *exterius* submembranaceum, fusiforme, hinc convexum, inde planiusculum, ex ipsis crinibus contextu celluloso mixtis constipatum, in medio semen fovens, basi attenuatum, in vertice autem in crines simplices longos solutum, e cinnamomeo-rufescens (B.); *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini arcte adnatum. Alb. semini conforme, exiguum, carnosum, album. Emb. grandiusculus, erectus, longe ellipticus, basi albuminis vix propior quam apici, compressiusculus, fere medullaris, pallide viridulus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexæ, radicula crassiores. *Rad.* brevis, crassa, obtusissima, umbilico externo obversa, infera. (D. E. F.)

Embryonis mollities pene medullaris ejus investigationem in hac stirpe quam maxime difficilem reddit.

An radiculæ situs in hac stirpe, uti in Cinchona, vere inferus dicendus? cum in utroqne genere radicula sub angulo quidem acutissimo receptaculum respiciat.

80. STEVENSIA.

POIT. *Annal. mus. par. hist. nat. 4. t. 60.*

Flos basi bracteis quatuor calyciformibus persistentibus, duabus oppositis paulo majoribus, munitus.

Cal. superus, bipartitus: laciniis lanceolatis, patentibus, deciduis. Cor. monopetala, tubulosa, extus pubescens: tubo cylindrico, ad faucem vix ampliato, longitudine calycis; limbo 6. l. 7. partito: laciniis oblongis, obtusis, reflexis. Stam. 6. l. 7., sessilia, ad faucem corollæ inserta; antheris subulatis, erectis, bilocularibus, non exsertis. Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi, longitudine corollæ; stigmate bilamellato: laminis ovatis, patentibus. Capsula infera, ex duobus cocculis corticatis polyspermis compaginata, quadri-

variam

variam dehiſcens. Rec. fungoſa, lenticularia. Sem. membranacea l. bracteata, horizontalia. Alb. carnoſum. Embr. rectus, rad. centripeta.

STEVENSIA buxifolia. Tab. 197. fig. 2.

Stevenſia. POITEAU *Annal. muſ. pariſ. hiſt. nat. 4. p. 235.* PERSOON *ſyn. pl. 1. p. 392.*

Ex dono D[ni] POITEAU.

PER. Capſula parva, globoſa, l. ovata, baſi bracteis quatuor calyciformibus perſiſtentibus inſiſtens, in vertice autem calyce bipartito ante plenam maturitatem deciduo poſtea vero area lata villoſa coronata, fuſca, albido pruinata, corticata, quadrivariam dehiſcens, dicocca. Cortex coriaceus, tenuis, cocculis arcte adnatus. Cocculi duo coadunati, ſuboſſei; hinc convexi, & ad baſin uſque dehiſcentes; inde plani & cum altero cocculo leviter cohærentes, ante dehiſcentiam puncto calloſo, cui receptaculum affixum, in centro notati, poſt maturitatem vero a dehiſcentia dorſali fere ad baſin uſque in duo crura dilacerati, remanente in medio lamina libera apiculata.

REC. in utroque cocculo ſingulum, puncto calloſo in centro partis planæ cocculi affixum, fungoſum, lenticulare, hinc convexum, inde planiuſculum & eleganter radiato-ſtriatum, deciduum, fuſcum.

SEM. parva, numeroſa, bracteata, horizontaliter ſibi incumbentia, longe elliptica, margine membranaceo anguſtiſſimo ad apicem denticulato & paulo latiore, ad baſin vero in unguem attenuato cincta, hinc convexa, inde planiuſcula nucleo in medio leviter protuberante, ferruginea, l. e rufeſcenti lutea.

INT. duplex: *exterius* ſpongioſo-membranaceum, in marginem ſeminis productum, facile detrahendum; *interius* arachnoideum, tenuiſſimum, albumini arctiſſime adnatum.

ALB. ellipticum, lenticulari-compreſſum, duriuſculum, carnoſum, pallidum.

EMB. rectus, parte inferiore albuminis vix propior, oblongus, niveus. *Cotyl.* ſubfoliaceæ, ovatæ, diſcretæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus vix longior, recta, conico-teretiuſcula, obtuſa, umbilico externo obverſa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra, calyce poſt maturitatem deciduo coronata. B.) Eadem a calyce & ſtipulis baſilaribus denudata. C.) Eadem dehiſcens. D.) Ejusdem & cocculorum ſectio verticalis cum ſitu receptaculorum atque ſeminum. E.) Cocculus ſeparatus dehiſcens, a parte interna plana ſpectatus. f.) Semina ſoluta. F.) Eadem a parte ſuperiore & inferiore ſpectata. G.) Semen medio transverſe diſſectum. H.) Albumen ſeparatum. I.) Ejusdem ſectio verticalis cum ſitu embryonis. K.) Embryo ſolutus.

Præcl. POITEAU l. c. aliam paulo embryonis figuram tradidit, a nostra diversam; at in plurimis, quæ dissecui, seminibus talem embryonem semper inveni, qualis iconi fig. K. commissus est.

81. STYLOCORINA.

CAVAN. ic. 6. t. 368.

Cal. monophyllus, parvus, superus, turbinatus, ad limbum paulo corarctatus, quinquedentatus: dentibus brevibus acutis, incisuris rotundatis. Cor. monopetala, tubulosa: tubo faucem versus sensim ampliato; limbo reflexo-patente, quinquepartito: laciniis oblongis, acutis, tubo longioribus. Stam. quinque; filamentis brevissimis, incurvis, sub incisuris corollæ insertis; antheris longis, lineari-subulatis, acutis, basi emarginatis, exsertis. Ovar. inferum; stylo subclavato, longitudine staminum; stigmate simplici. Bacca globosa, calyce persistente coronata, bilocularis, polysperma. Rec. lamina truncata dissepimento utrinque inserta. Sem. plura, angulata. Alb. subcartilagineum. Emb. longus, cotyledonibus obliquis.

STYLOCORINA racemosa.

Stylocorina. CAV. *ic.* l. c.

A Cel. A. L. de JUSSIEU.

PER. Bacca parva magnitudine pisi, globosa, depressiuscula, supera, calyce persistente coronata, corticata, bilocularis, polysperma. Cortex carnosus, debilis, intus membrana tenui vestitus, flavescens. Dissepimentum membranaceum, tenue, a membrana interna profectum, integerrimum. Pulpa mollis, semina undique obvestiens, flavescens.

REC. Lamina membranacea, dissepimento utrinque adnata, tenuis, angusto principio ad basin baccæ oriunda, sensim increscens atque paulo supra medium dissepimentum terminata, ceu ramulo in loculamentum prominula & ibi crassior in funiculos umbilicales brevissimos pulposos soluta.

SEM. plura, decem ad duodecim in quovis loculamento, parva, sursum imbricata, hinc rotundata, inde a viciniis varie angulato-cuneata, eminentiis minimis scabriuscula, rufescentia.

INT. simplex, crassiusculum, crustaceum, ab albumine vix secedens.

ALB. semini conforme, duriusculum, carnosum, l. subcartilagineum, pallide lutescens.

EMB. longus, incurvus, dorsalis, albus. *Cotyl.* ellipticæ, teneræ, oblique incumbentes. *Rad.* cotyledonibus duplo fere longior, recta, teres, subtilissime apiculata, vaga.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars racemi frugiferi. B.) Bacca integra. C.) Eadem transverse secta cum seminibus in situ. D.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ receptaculorum. e. E.) Semina soluta. F.) Albumen transverse dissectum. G.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ embryonis. H.) Embryo solutus.

Albumen quoad duritiem subcartilagineum, quoad substantiam vere carnosum. Radicula ante plenam maturitatem videtur esse centripeta.

82. SIDERODENDRUM.

Schreb. *gen.* 169. Sideroxyloides. Jacq. *amer. p.* 19.

Cal. minimus, quadridentatus, superus. Cor. longa, tubulosa: tubo cylindraceo, subincurvo; limbo quadripartito: laciniis brevibus, planis, reflexo-patentibus. Stam. quatuor, subsessilia, infra incisuras corollæ inserta: antheris linearibus, erectis, exsertis. Ovar. inferum; stylo filiformi, longitudine tubi; stigmate oblongo, obtuso. Bacca obovata, coronata, dipyrena: pyrenis monospermis. Alb. . . . Emb. . . .

Siderodendrum triflorum. Tab. 197. fig. 4.

Sideroxylum americanum, s. lignum duritie ferrum æmulans. Plukn. *alm.* 346. *t.* 224. *f.* 2.

Sideroxyloides ferreum. Jacq. *amer. t.* 175. *f.* 9.

Siderodendrum triflorum. Vahl *ecl.* 1. *p.* 10. Willd. *spec. pl. T.* 1. *P.* 1. *p.* 612. Persoon *syn. pl.* 1. *p.* 131.

E collectione Banksiana.

Per. Bacca piso paulo major, e pedunculo tenui obovata, infera, intra calycem grandiusculum obtuse quadridentatum obtuse umbonata, dipyrena. Caro debilis, firma, flavescens. Pyrenæ arcte approximatæ, osseæ, cordatæ, in vertice apicula minima fastigiatæ, subbivalves, monospermæ; valvula altera *externa* convexa, glabra, & sulco dorsali acuto inscripta: altera *interna* plana tenuiore, ad basin ab externa lubenter secedente & sulco subulato instructa, ad partem autem superiorem cum illa connata.

Rec. nullum: pyrenæ sulcis ad ipsarum basin pedunculo baccæ affixæ; & semina umbilicis valvulæ planæ pyrenarum adhærentia.

Sem. in quavis pyrena singulum, obcordato-ellipticum, hinc convexum, inde planum, umbilico subulato ad basin partis planæ instructum, ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem verticali modo secta cum pyrena altera in situ. d.) Pyrena soluta a dorso, & e.) Eadem a ventre spectata. f.) Semen solutum, ab utraque parte visum.

83. NACIBEA.

AUBL. *guy. t.* 37. JUSS. *gen. p.* 199. LAMARCK *ill. gen. t.* 64. Manettia. SCHREB. *gen.* 181.

Cal. monophyllus, superus, quadri- l. octofidus, persistens. Cor. monopetala, hypocrateriformis, ad faucem coarctata; limbo quadripartito, plano, intus hirto. Stam. quatuor; filamentis filiformibus, supra medium tubum insertis; antheris oblongis, erectis, non exsertis. Ovar. inferum; stylo filiformi, longitudine tubi, stigmate bifido, obtuso. Caps. ovata, coronata, dicocca. Rec. fungosum, liberum. Sem. plura, parva, margine membranaceo cincta. Alb. carnosum. Emb. erectus, radicula infera.

NACIBEA glabra. Tab. 197. fig. 5.

Manettia Lygistum. Collect. Banks.

PER. Capsula parva, ovata, compressiuscula, l. transverse paulo latior, leviter bisulca, infera, calyce recto quadrifido coronata, corticata, quadrivariam dehiscens, dicocca. Cortex debilis, carnoso - fungosus. Dehiscentia altera ad sulcos maxima, cocculos separans & ad pedunculum usque decurrens; altera huic contraria, brevis & vix ad calycis insertionem pertingens. Cocculi ovati, utrinque acuti, osseo - chartacei; hinc convexi & apice breviter dehiscentes; inde plani, medio linea recta longitudinaliter ad basin usque dehiscentes, & paulo supra basin foraminulo triangulari a receptaculi lapsu hiantes, intus lævigati.

REC. in utroque cocculo singulum, liberum, fungosum, oblongum, curvulum, & basi laminæ tenui triangulari foraminulo cocculorum ad partem ipsorum planam inhærenti adnatum, seminibus tectum.

SEM. plura, parva, umbilicis receptaculo adhærentia, ovata, bracteata, angusto margine membranaceo inæquali cincta, hinc convexa inde subconcava, umbilico centrali oblongo notata, fusca.

INT. simplex, spongioso - membranaceum, in marginem seminis ampliatum.

ALB. ovatum, compresso - lenticulare, carnosum, pallidum.

EMB.

Emb. parvus, in extremitate inferiore albuminis hærens, erectus, albus. *Cotyl.* lanceolatæ, foliaceæ, incumbentes. *Rad.* longa, recta, teretiuscula, ab umbilico externo declinis, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. B.) Capsula dehiscens. C.) Eadem medio transverse dissecta cum receptaculis. D.) Cocculus alter separatus, cortice adhuc vestitus, non dehiscens. E.) Idem dehiscens. F.) Receptaculum separatum, laminæ cocculi triangulari affixum. g. G.) Semina soluta. H.) Seminis sectio transversalis. I.) Albumen verticali modo dissectum cum situ embryonis. K.) Embryo solutus.

Cum magna de hac specie apud auctores est confusio, satius esse duxi, Aubletii nomen genericum cum Cel. Jussiæo retinere, donec certiora de vero Manettiæ Linn. charactere innotescant. Cel. Swartz *prod. p. 37.* Petesiam *Lygistum.* Linn. *spec. pl. ed. 2. p. 160.* & Lygistum. Brown. *jam. p. 142. t. 3. f. 2.* tanquam synonima huc refert; at Lygistum Brown. certe proprii generis planta est & minime hujus loci; nec quoque Manettia *Lygistum.* Swartz nostra esse potest, cum in *Obs. p. 47.* suæ plantæ pedunculos axillares unifloros & calycem octophyllum tribuat, quod in nostra non item.

84. CONOBEA.

Aubl. *guy. t.* 258. Juss. *gen. p.* 97. Lamarck *ill. gen. t.* 522. Conopea. Schreb. *gen.* 1042.

Flos basi bracteis duabus subulatis acutis munitus.

Cal. monophyllus, inferus, profunde quinquefidus: laciniis lanceolatis, acutis, persistentibus. Cor. monopetala, ringens, tubo sensim ampliato; limbo bilabiato: labio *superiore* emarginato, *inferiore* inæqualiter trilobo. Stam. quatuor didynama; filamentis setaceis, imo fere tubo insertis; antheris sagittatis. Ovar. superum, stylo simplici hirsuto & stigmate bilobo instructum. Caps. globosa, bilocularis, quadrivalvis. Rec. fungosum, medio leviter sulcatum. Sem. numerosa, oblongo-inæqualia. Alb. carnosum. Emb. teretiusculus, rad. centripeta.

Conobea aquatica. Tab. 198. fig. 1.

Conobea. Aubl. *guy. 2. p. 639.* Willd. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 344.*

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capsula supera, intra calycem persistentem inclusa, parva, vix granum piperis mentiens, globosa, bilocularis, quadrivalvis. Dissepimentum lamina membranacea, tenuissima, margine angustissimo ad valvularum suturam

ram inter paria inserta. Valvulæ æquales, tenues, membranaceæ, diaphanæ, subnaviculares, utrinque acutæ.

Rec. fungosum, laminæ tenuissimæ dissepimenti utrinque adnatum, latitudine diametrum capsulæ mentiens, apice bidentatum & medio leviter longitudinaliter sulcatum, compressum, convexiusculum, papillosum.

Sem. numerosa, minuta, irregulariter oblonga, longitudinaliter reticulato-sulcata, & ad basin brevi funiculo umbilicali albido instructa, rufescentia, l. ferruginea.

Int. simplex, crassiusculum, membranaceum, reticulato-vasculosum.

Alb. semini ad basin paulo angustius, carnosum, pallidum.

Emb. centralis, erectus, tereti-oblongus, albus. *Cotyl.* breves, crassiusculæ, obtusissimæ. *Rad.* longa, teres, vix sensibiliter conica, obtusa, centripeta, umbilico externo obversa.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra, calyce vestita. B.) Eadem a calyce denudata, clausa. C.) Eadem dehiscens. D.) Receptaculum in situ, adhærente capsula dimidia. E.) Capsulæ sectio transversalis cum receptaculo. f. F.) Semina soluta. G.) Albumen transverse — & H.) Idem verticaliter dissectum cum situ embryonis. I.) Embryo solutus.

Aubletii icon quoad calycis lacinias & receptaculi formam a nostra valde recedit, ut pro diversis plantis haberem, nisi in omnibus reliquis partibus ex asse inter se convenirent; persuasum mihi igitur est, nostram plantam cum Aubletiana unam eandemque esse speciem, iconem autem fructus l. c. a pictore fuisse alienatam.

85. TOZZIA.

Mich. *gen. t.* 16. Linn. *gen.* 745. *ed. Schreb.* 1002.
Juss. *gen. p.* 97. Lamarck *ill. gen. t.* 522.

Cal. monophyllus inferus, parvus, tubulosus, 4. l. 5. dentatus, persistens. Cor. monopetala, tubulosa, tubo calyce longiore, ad faucem parum inflato; limbo planiusculo, bilabiato: labio *superiore* bifido, *inferiore* trifido laciniis rotundatis. Stam. 4., didynama; antheris didymis, basi aristatis. Ovar. superum; stylo filiformi longitudine tubi, & ex parte ventrali ovarii assurgente; stigmate capitato. Nucula a calyce involucrata, corticata, bivalvis. Sem. unicum, umbilico appendiculato instructum. Alb. carnosum. Emb. puncticularis, inversus, rad. supera.

Tozzia alpina. Tab. 198. fig. 2.

Ano-

Anonyma F. Gregorii dentata radice. Colum. *ecphr. 2. p. 49. t. 50.*

Euphrasia lutea alsinefolia, radice squamata. C. Bauh. *pin. 234. prod. 111.*

Euphragia con radice squamata. Zanon. *nov. p. 224. t. 172.*

Tozzia. Linn. *spec. 844. ed. Willd. T. 3. P. 1. p. 202. Syst. veg. ed. 14. p. 551.* Cranz *austr. p. 305.*

Icon. Jacq. *austr. t. 165.*

Per. Nucula minima corticata, supera, intra calycem persistentem per maturitatem subobliquum ad verticem usque arcte obvolucrata, globosa, stylo persistente ad insertionem paululum ad dorsum recurvo fastigiata, unilocularis, bivalvis. Cortex tenuis, coriaceus, viridis. Putamen tenue, chartaceum, ab apice lateraliter cum cortice dehiscens, intus glabrum & sulco elevato valvulis contrario insignitum.

Rec. nullum; semen ope umbilici appendiculati ad partem ventralem putaminis paulo supra ejus basin sulco affixum.

Sem. unicum, nuce paulo angustius, ovatum, l. ellipticum, *umbilico* appendiculato fungoso-membranaceo ad imum ventrem instructum, castaneum.

Int. simplex, membranaceum, tenuissimum, albumini arcte adhærens.

Alb. semini conforme, crassum, ad peripheriam granuloso-carnosum, fuscum, in axi vero paulo dilutius medullare.

Emb. inversus, minutissimus, vel solummodo punctum medullare, ellipticum, in vertice albuminis hærens, dilute castaneum. *Cotyl.* . . . *Rad.* acuminata, ab umbilico aversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

r. A.) Nucula integra, intra calycem inclusa, non dehiscens. B.) Eadem calyce & stylo orbata, dehiscens. C.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semen solutum, a latere & a ventre spectatum, cum umbilico appendiculato. E.) Idem ab umbilico solutum. F.) Albumen transverse dissectum. G.) Ejusdem sectio verticalis cum situ embryonis. H.) Embryo solutus, insignissime auctus.

Calycem in exemplis ex Sueviæ superioris subalpinis semper inveni quadridentatum, in exemplis vero helveticis eundem observavi quinquedentatum.

Cotyledones in embryone discernere non valui, vel ob maximam partium minutiem, vel ob imperfectam seminum maturitatem.

86. HOTTONIA.

LINN. *gen.* 203. *ed. Schreb.* 265. JUSS. *gen. p.* 95. LAMARCK *ill. gen. t.* 100. Stratiotes. VAILL. *act. gall.* 1719.

Cal. inferus, profunde quinquepartitus, persistens. Cor. monopetala; tubo brevi, cylindrico; limbo quinquefido, plano. Stam. 5.; filamentis brevibus, subulatis, laciniis corollæ oppositis; antheris oblongis, non exsertis. Ovar. superum; stylo simplici, stigmate globoso. Caps. supera, unilocularis, (evalvis?) polysperma. Rec. fungosum, pedicellatum, liberum. Sem. plurima, subglobosa. Alb. carnosum. Emb. . . .

HOTTONIA palustris. Tab. 198. fig. 3.

Myriophyllum alterum. MATTHIOL. *p.* 1168.

Hottonia florum verticillis spicatis. HALL. *helv. n.* 632.

Hottonia pedunculo verticillato multifloro. LINN. *spec. pl. p.* 208. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 194.

Hottonia floribus verticillatis pedunculatis. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 812. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 171.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 487.

PER. Capsula globosa, l. obsoletissime rotundato-pentagona, hinc calyci persistenti insistens, inde stylo longo fastigiata, membranaceo-coriacea, unilocularis, evalvis?

REC. fungosum, centrale, globosum, liberum, breviter pedicellatum, superne apiculatum, impressionibus rotundatis a seminum adhæsione scabratum.

SEM. plurima, simplici strato receptaculo adhærentia, dense approximata, subglobosa, l. elliptica.

INT. simplex, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra cum calyce. B.) Eadem verticali modo dissecta cum situ & forma receptaculi. C.) Ejusdem & receptaculi sectio transversalis cum seminibus in situ. d.) Semina soluta.

Capsulam maturam nondum vidi, in immatura ne minimum futurarum vestigium adest; alii itaque dubium solvant, num capsula vere sit evalvis, an per maturitatem apice tantum dehiscens?

87. ARETIA. Hall.

Linn. *gen.* 195. *ed. Schreb.* 256. Juss. *gen. p.* 96.

Cal. monophyllus, inferus, campanulatus, quinquefidus, persistens. Cor. monopetala, regularis; tubo cylindrico, fauce glandulis paululum coarctata; limbo quinquepartito, plano: laciniis rotundatis, l. emarginatis. Stam. 5.; filamentis brevibus, medio corollæ tubo insertis; antheris erectis, non exsertis. Ovar. superum, stylo simplici & stigmate capitato instructum. Caps. subglobosa, unilocularis, quinquevalvis. Rec. cupula parva in fundo capsulæ. Sem. quinque. Alb. carnosum. Emb. erectus.

Aretia argentea. Tab. 198. fig. 4.

In alpibus pyrenaicis legit amicissimus Dr Stromeyer.

Per. Capsula minima, supera, intra calycem persistentem inclusa, subglobosa, l. depressiuscula, rotundato-pentagona, pedunculo brevissimo insidens, ab apice dehiscens, unilocularis, quinquevalvis. Valvulæ coriaceo-membranaceæ, tenues, dehiscendo campanulato-patentiusculæ apicibus paululum inflexis, extus rufescentes, intus albidæ.

Rec. Cupula planiuscula, l. subhemisphærica, rotundato-tri-l. quinquedentata, intus per sulcos in columnula centrali confluentes in tres l. quinque loculos divisa, carnoso-membranacea, fundo capsulæ affixa.

Sem. quinque, per abortum vero regulariter tria, erecta, subovata, deorsum paulo acutiora, hinc convexa, inde planiuscula & a vicinis compressa, umbilico minimo ad ipsorum basin receptaculi angulis internis adhærentia, scabriuscula, obscure fusca.

Int. simplex, membranaceum, tenue, ab albumine vix discernendum, & ipsi arctissime adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, flavescens, opacum.

Emb. filiformi-teres, compressiusculus, rectus, longitudine fere albuminis, erectus, viridiusculus. *Cotyl.* plano-convexiusculæ, tertiam embryonis partem mentientes, oblongæ, non discretæ, obtusæ, incumbentes. *Rad.* teres, obtusa, infera, umbilico obversa.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula non dehiscens, calyce inclusa. B.) Eadem dehiscens cum calyce. C.) Calyx verticaliter dissectus cum capsula clausa. D.) Capsula separata, dehiscens. E.) Receptaculi cupula quinquedentata in fundo capsulæ apertæ. F.) Cupulæ, in loculamenta quinque divisæ, facies interna. g. G.) Semina soluta, ab utraque parte spectata. H.) Albumen transverse — & I.) Idem verticali modo dissectum cum situ embryonis. K.) Embryo solutus.

Numerus seminum naturalis in hoc genere quinarius, per abortum autem duorum in nonnullis speciebus, uti in nostra, evadit ternarius.

Stirps Corei affinitate proxima, nec cum Androsace ullo modo commiscenda.

88. UTRICULARIA.

LINN. *gen.* 31. *ed. Schreb.* 41. JUSS. *gen. p.* 98. LAMARCK *ill. gen. t.* 14. Lentibularia. VAIL. *act. gall.* 1719. DILL. *gen. t.* 6.

Cal. bifidus: laciniis concavis, post corollæ lapsum adhuc persistentibus. Cor. ringens, calcarata, bilabiata; labio *superiore* erecto, obtuso; *inferiore* majore integro, palato cordato inter labia prominulo. Stam. duo; filamentis brevissimis, incurvis, labio superiori insertis; antheris connatis. Ovar. superum; stylo simplici: stigmate capitato, conico. Capsula globosa, unilocularis, evalvis? Rec. fungosum, globosum, liberum. Sem. plurima, ad umbilicum areolata. Alb. nullum. Emb. semini conformis.

UTRICULARIA vulgaris. Tab. 198. fig. 5.

Lentibularia major. VAIL. *act. gall.* l. c.

Lentibularia. RIV. *monop. t.* 79.

Utricularia calcare conico, scapo paucifloro. CRANTZ *austr. p.* 290.

Utricularia nectario conico, scapo paucifloro. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 65. *Spec. pl ed. Willd. T.* 1. *P.* 1. *p.* 112. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 18. VAHL *enum. pl.* 1. *p.* 198.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 138.

PER. Capsula globosa, l. elliptica, calyci insistens, in vertice stylo persistente brevi munita, coriaceo - membranacea, unilocularis, evalvis?

REC. fungosum, globosum, in vertice brevissime apiculatum, pedunculo brevi fundo capsulæ adnatum, liberum, levissime alveolatum.

SEM. plurima, receptaculo strato simplici insidentia & arcte sibi approximata, ovata, circum umbilicum minimum ad seminis basin locatum areola parva notata, e rufescenti straminea.

INT. simplex, membranaceum, crassiusculum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, albus. *Cotyl.* . . . *Rad.* obtusissima.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, calyce adhucdum vestita. B.) Eadem a calyce denudata. C.) Ejusdem sectio verticalis cum forma & situ receptaculi atque seminum. D.) Ejusdem sectio transversalis. e. E.) Semina soluta. F.) Semen transverse — & G.) Idem verticaliter dissectum.

Capsula

Capsula cum seminibus in nostro specimine erant immatura; hinc nec de dehiscentia capsulæ, nec de embryonis vera conditione aliquid certi addere possumus.

89. BARTSIA.

LINN. *gen.* 739. *ed. Schreb.* 996. JUSS. *gen. p.* 100.

Cal. bipartitus; laciniis æqualibus, oblongis, corolla paulo brevioribus, hirsutis, bidentatis: dentibus longis, angustis. Cor. ringens, tubulosa, curvula, bilabiata; labio *superiore* integerrimo, recto: *inferiore* trifido, reflexo, fornicato, laciniis angustis oblongis obtusis. Stam. quatuor, didynama, ad labium superius assurgentia. Ovar. superum, oblongum; stylo simplici, staminibus longiore; stigmate capitato. Capsula oblonga, acuminata, compressa, bilocularis, bivalvis. Rec. nullum. Sem. plura, integumento involucrante laxo instructa. Alb. carnosum, exiguum. Emb. oblongus, rad. centripeta.

BARTSIA pallida. Tab. 198. fig. 6.

Pedicularis foliis lini angustioribus. TOURN. *inst.* 172.

Bartsia foliis alternis bidentatis. LINN. *amoen. acad.* 2. *p.* 356.

Bartsia foliis lanceolatis indivisis, floralibus incisis. GMEL. *sib.* 3. *p.* 201. *t.* 42.

Bartsia foliis alternis lanceolatis integerrimis, floralibus ovatis dentatis. LINN. *spec. pl.* 839. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 549. WILLD. *spec. pl. T.* 3. *P.* 1. *p.* 186.

A Cel. THUNBERG.

PER. Capsula oblonga, compressa, ad marginem attenuata, superne acuminata, sulco intermedio didyma, coriaceo-membranacea, rufescens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum valvis contrarium, sulco externo obversum, angustum, membranaceum, cum valvis longitudinaliter dehiscens.

REC. nullum, præter papillulas dissepimento utrinque ad dehiscentiæ suturam impositas.

SEM. numerosa, intra integumentum laxum involucrans hærentia, oblonga, l. longe obelliptica, ad verticem apiculata, ad basin vero umbilico parvo notata, hinc convexa, inde planiuscula, e rubro lutescentia.

INT. duplex: *exterius* subreniforme, reticulato-membranaceum, laxum, saccatum, semen in medio fovens, pallidum; *interius* itidem membranaceum, tenue, albumini arcte adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum, exiguum, album.

EMB. semini fere conformis, oblongus, compressiusculus, erectus, albus. *Cotyl.* ovatæ, obtusæ, dimidium embryonem fere æquantes, plano-convexæ, accumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, tereti-conica, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula a calyce incluſa. b.) Eadem clauſa, & a calycis lacinia altera denudata. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Valvula altera cum ſitu diſſepimenti atque ſeminum. e.) Semina integra, ſoluta. F.) Idem magnitudine auctum. G.) Integumentum externum involucrans, apertum & ſemen in medio fovens. H.) Semen ex integumento exemtum, ex utraque parte ſpectatum. I.) Albumen transverſe ſectum. K.) Ejusdem ſectio verticalis cum ſitu embryonis. L.) Embryo ſolutus.

Character genericus Bartſiæ, a Linnæo prolatus, ad noſtram ſtirpem minime quadrat, cujus ſpecies reliquæ forte ad Rhinanthum & Melampyrum amandandæ ſunt.

90. CHLORA. Renealm.

Schreb. *gen.* 653. Juss. *gen. p.* 142. Lamarck *ill. gen. t.* 296. Blakſtonia. Huds. *angl.* 146.

Cal. monophyllus, inferus, 8. l. 10. l. 12. partitus, perſiſtens. Cor. monopetala, hypocrateriformis; tubo brevi, limbo 8. l. 10. l. 12. partito. Stam. 8. l. 10. l. 12.; filamentis breviſſimis, ad faucem tubi inſertis; antheris linearibus, erectis, exſertis. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici; ſtigmate quadrifido. Capſ. oblonga, ad latera dehiſcens, ſubunilocularis, bivalvis. Rec. nullum. Sem. plurima. Alb. carnoſum. Emb. . . .

Chlora ſeſſilifolia. Tab. 198. fig. 7.

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capſula ovato-oblonga, ſupera, a calyce octo partito perſiſtente laxe amplexata, coriaceo-membranacea, compreſſiuſcula, l. transverſe paulo latior quam craſſa, ſtylo perſiſtente faſtigiata, ad latera dehiſcens, ſubbilocularis, bivalvis. Valvæ naviculares, margine introflexæ. Diſſepimentum incompletum, a margine valvularum inflexo ortum, duplicatum, longitudinaliter dimidiatum, membranaceum, valvis parallelum.

Rec. nullum; præter margines diſſepimenti pubeſcentes, quibus ſemina duplici ſerie affixa.

Sem. plurima, minuta, oblonga, reticulato-ſcabriuſcula, atrofuſca.

Int. ſimplex, membranaceum, reticulato-vaſculoſum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula intra calycem sessilis, & corolla emarcida in vertice instructa. b.) Eadem clausa, & a calyce denudata. c.) Eadem a lateribus dehiscens. d.) Ejusdem sectio transversalis. e. E.) Semina soluta. F.) Albumen transverse — & G.) Idem verticaliter sectum.

91. COUTOUBEA.

Aubl. *guy. t.* 27. **Juss.** *gen. p.* 141. **Lamarck** *ill. gen. t.* 79.
Picrium. **Schreb.** *gen.* 1726.

Cal. basi bracteis minimis instructus, inferus, quadrifidus, persistens: laciniis oblongis, acuminatis, margine scariosis. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo calycem vix superante; limbo quadrifido. Stam. quatuor; filamentis medio tubo insertis, ad basin dilatatis, superne margine subconniventibus, corollam superantibus; antheris erectis, sagittatis, exsertis. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate bilamellato. Caps. ovata, subbilocularis, bivalvis: dissepimentis incompletis, duplicatis. Sem. numerosa. Alb. carnosum. Emb. centralis, rad. vaga.

Coutoubea purpurea. Tab. 198. fig. 8.

Coutoubea (ramosa,) foliis angustis, acuminatis; flore purpurascente. Aubl. *guy. 1. p. 74.*

Exacum floribus subspicatis oppositis, foliis lanceolatis, caule ramoso. Vahl. *symb. 3. p. 17.* Willd. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 639.*

Coutoubea (purpurea,) caule ramoso, floribus pedicellatis oppositis axillaribus. Lam. *ill. gen. n. 1556.* Persoon *syn. pl. 1. p. 137.*

E collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capsula supera, a calyce persistente excepta, ovato-oblonga, ad basin paululum attenuata, turgidula, ad dehiscentiæ suturam sulco elevato cincta, seminibus undique referta, unilocularis, bivalvis. Valvulæ naviculares, coriaceo-membranaceæ, tenues, marginatæ. Dissepimenta incompleta, duplicata, ex pariete valvularum interno paulum intra marginem orta, angusta, membranacea, intra cavitatem capsulæ intorta.

Rec. nullum; nisi margines dissepimentorum pubescentes sumas, quibus semina adhærent.

Sem. numerosa, minima, vaga, subglobosa, hinc inde a vicinis compressa, reticulata, pallide spadicea.

Int. simplex, membranaceum, tenue, reticulato-vasculosum.

Alb. semini conforme, crassum, carnosum, album.

Emb. minimus, centralis, oblongus, albus. *Cotyl.* breviſſimæ, obtuſæ. *Rad.* cotyledonibus multo longior, oblonga, obtuſa, umbilico externo obverſa, vaga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula cum corolla emarcida. b.) Calyx ſeparatus. c.) Capſula denudata, ſtylo inſtructa, non dehiſcens. d.) Eadem dehiſcens, & ſeminibus farcta. E.) Ejusdem ſectio transverſalis cum ſitu diſſepimentorum. F.) Valvula altera ſeparata cum forma & ſitu diſſepimenti incompleti. g. G.) Semina ſoluta. H.) Albumen transverſe — & I.) Idem verticaliter ſectum cum ſitu embryonis. K.) Embryo ſeparatus.

Ex his liquet, Coutoubeam cum Exaco in unum genus compingi non poſſe.

92. MENYANTHES.

Tourn. *t.* 15. Linn. *gen.* 202. *ed. Schreb.* 263. Juss. *gen. p.* 98. Lamarck *ill. gen. t.* 100.

Cal. ſubcampanulatus, quinquepartitus, perſiſtens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo ſubcylindrico, brevi: limbo quinquepartito: laciniis recurvo-patentibus, ſupra villoſis. Stam. quinque, longitudine fere laciniarum corollæ & cum illis alterna; filamentis ſubulatis; antheris ſagittato-oblongis, erectis. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, tereti; ſtigmate bilobo. Capſ. ovato-oblonga, unilocularis, bivalvis. Rec. in dorſo valvularum. Sem. ovata, glaberrima. Alb. carnoſum. Emb. cotyledonibus diſcretis.

Menyanthes trifoliata. Tab. 198. fig. 9.

Trifolium majus. Tabern. *hiſt. p.* 520.

Menianthes foliis ternatis. Linn. *ſyſt. veg. ed.* 14. *p.* 194. Willd. *ſpec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 811. Persoon *ſyn. pl.* 1. *p.* 171.

Icon. Besl. *Eyſt. vern. VII. t.* 1. *f.* 3. Blakw. *herb. t.* 474. Oed. *flor. dan. t.* 541. Batsch. *analyſ. flor. t.* 12.

Conf. Carpol. Vol. 2. p. 158.

Per. Capſula ſupera, coriacea, ovato-globoſa, l. ovato-oblonga, hinc calyci perſiſtenti inſiſtens, inde ſtylo ſuperne bilobo faſtigiata, utrinque in medio valvularum dorſo ſulco elevato inſcripta, hinc inde a ſeminum protuberantiis irregulariter noduloſa l. puſtuloſa, unilocularis, bivalvis.

Rec. in dorſo valvularum ſulco externo reſpondentia, & plerumque ſulco medio bipartita, papilloſa, in capſulam prominula.

Sem. ex plurimis ovulis nonniſi ſex ad decem matureſcentia, ovata, turgide lenticularia, fere globoſa, glaberrima, lucida, umbilico minimo immerſo notata, citrina, aut ſtramineo-lutea.

Int.

Int. duplex: *exterius* crassum, crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini arcte adnatum.

Alb. semini conforme, sed pauló angustius, carnosum, album.

Emb. albumine tertia parte brevior, & in ejus parte inferiore locatus, tereti-oblongus, erectus, lacteus. *Cotyl.* tenues, oblongæ, radicula paulo latiores, hinc discretæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, tereti-compressiuscula, obtusa, recta, umbilico externo obversa, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, clausa. b.) Eadem transverse dissecta cum situ seminum. c.) Valvula altera separata, situm receptaculi repræsentans. d, D.) Semina separata. E.) Albumen transverse & F.) Idem longitudinaliter dissectum cum situ embryonis. G.) Embryo solutus.

Menyanthis a Nymphoide vel Limmanthemo diversitas in partibus fructificationis & fructu ipso sat gravis est, ut ad nutum Patris l. c. cum Celeberrimis in re herbaria Viris, Jussieu & Ventenat, genera, a Tournefortio stabilita, restituere non dubitaverim. Inde huic pristinum nomen Menyanthis servavi, illi autem Limnanthemi haud incongruum esse censeo.

93. SPIGELIA.

Linn. *gen.* 209. *ed. Schreb.* 272. Juss. *gen. p.* 143. Lamarck *ill. gen. t.* 107. Arapabaca. Plum. *gen. t.* 31.

Cal. inferus, quinquepartitus, persistens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubo longo, ad faucem sensim increscente; limbo quinquefido, patente. Stam. quinque; filamentis filiformibus, corolla brevioribus; antheris sagittatis, non exsertis, conniventibus. Ovar. superum; stylo simplici, tereti; stigmate simplici. Capsula didyma, bilocularis, quadrivalvis. Rec. liberum, e dissepimento pedicellatum. Sem. plura, subcuneata. Alb. carnosum. Emb. . .

Spigelia marilandica. Tab. 198. fig. 10.

Periclimeni virginiani flore coccineo planta marilandica, spica erecta, foliis conjugatis. Raj. *dendr.* 32. Catesb. *carol.* 2. *p.* 78. *t.* 78.

Lonicera (marilandica,) spicis terminalibus, foliis ovato-oblongis acuminatis distinctis sessilibus. Linn. *spec. pl. ed.* 3. *p.* 249.

Spigelia caule tetragono, foliis omnibus oppositis. Linn. *syst. nat. ed.* 13. *T.* 2. *p.* 734. *Mant. p.* 338. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 197. Willd. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 825. Persoon *syn. pl.* 1. *p.* 281.

Icon. HOPE *act. edinb. 3. an. 1771. t. 1.* CURT. *mag. t. 202.*

Ex collectione Cel. DESFONTAINES.

PER. Capsula supera, calyci persistenti insistens, coriaceo-membranacea, subglobosa, turgida, sulco profundo didyma, transversim latior, per ambitum sulco elevato cincta, bilocularis, quadrivalvis. Dissepimentum membranaceum, tenue, duplicatum, ex ipsis valvulis formatum, & medio cum ipsis sensu duplici dehiscens.

REC. in quovis loculo singulum, fungosum, oblongum, papillosum, inferne in brevissimum pedunculum attenuatum, & paulo supra basin dissepimento utrinque affixum, cætera undique liberum, verticali-adscendens, relicto denique foraminulo per maturitatem e dissepimento deciduum.

SEM. plura; octo ad duodecim in quovis loculo, umbilicis suis receptaculi papillis adhærentia, & sibi invicem presse approximata, dorso rotundata, cæterum angulato-cuneata & ad cuspidem truncatum umbilico parvo instructa, eminentiis minimis inæqualia, spadicea.

INT. simplex, crassiusculum, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, non dehiscens. b.) Eadem per valvulas ad latitudinem verticaliter dissecta, cum situ receptaculorum atque seminum. c.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Capsulæ loculamentum alterum, dehiscentia ab altera separatum, & a dorso spectatum. e. & f.) Semina in situ & adhuc receptaculo adhærentia, ab utraque parte spectata. g. G.) Eadem separata. H.) Albuminis sectio verticalis.

94. INOCARPUS.

FORST. *char. t.* 33. LINN. *suppl.* 35. THUNB. *nov. gen.* 45. SCHREB. *gen.* 754. JUSS. *gen.* 152. LAMARCK *ill. gen. t.* 362.

Cal. monophyllus, bifidus: laciniis subæqualibus, pubescentibus, deciduis. Cor. monopetala, tubulosa; tubo cylindrico, longitudine calycis; limbo 5. l. 6. partito: laciniis longis, linearibus, undulatis. Stam. 10. l. 12., filamentis brevissimis, duplici serie, altera in fauce ipsa, altera paulo inferius corollæ alternatim insertis; antheris erectis, didymis. Ovar. superum, villosum; stylo nullo; stigmate excavato. Drupa grandis, compressa, lignoso-fibrosa, monosperma. Rec. nullum. Sem. compressum, ovato-cordatum. Alb. nullum. Emb. magnus, inversus; rad. laterali, parva, adscendente.

INOCARPUS edulis. Tab. 199. & 200. fig. 1.

Inocarpus. FORST. *char. gen. p. 66. Prod. n. 197. Pl. escul. p. 50.* LINN. *suppl. p. 239. Syst. veg. ed. 14. p. 408.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 624.*

A Cel. LABILLARDIERE, & ex Collectione Delessertiana.

PER. Drupa magna, corticata, ovata, compressa vel lenticulari - convexa, margine obtusissimo rotundata, paulum sub vertice ventrem versus in mucronem brevem obtusum producta, ad basin vero nervis quatuor l. quinque in pedunculum crassiusculum collectis stipata, glabra, viridis. Cortex carnosus, tenuis, cum putamine arcte commixtus, & inter putaminis fibras hærens, siccitate evanescens. Putamen crassum, ex fibris lignosis versus peripheriam radiatim productis & varie intertextis, ad umbonem vero rectis compaginatum, ad ventrem inde a mucrone ad pedunculum usque secundum suturam fissile, l. subbivalve, intus grabrum & impressionibus nervosis notatum.

REC. nullum; semen prope radiculam, externo mucroni drupæ obversam, putamini affixum.

SEM. unicum, grande, totam putaminis cavitatem replens, ovato - cordatum, compressum, superne crassius, inferne attenuatum, ad ventrem ruga circulari mucroni drupæ externo obversa notatum, nervis superficialibus anastomosantibus inscriptum, ferrugineum, (in recenti album. FORST.)

INT. duplex; *exterius* membranaceum, crassum, firmum, reticulato - venosum, facile detrahendum; *interius* tenuissimum, arachnoideum, embryoni arcte adnatum.

ALB. nullum.

EMB. maximus, semini conformis, utrinque concavus, inversus, lacteus. *Cotyl.* maximæ, latissimæ, crassæ, carnosæ, extus a vasorum integumenti externi impressionibus reticulato - tuberculatæ, intus leviter undulato inæquabiles, subplicatæ, supra radiculam rima transversa fissæ, accumbentes. *Plum.* simplex, compressa, subcristata, acuminata. *Rad.* parva, curvula, compressa, ad marginem embryonis sub fissura cotyledonum sita & mucroni drupæ obversa, subadscendens, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Drupa integra mediocris magnitudinis. b. b.) Eadem verticaliter dissecta cum semine in situ. c.) Semen solutum, ab altera parte spectatum. d. & e.) Embryo integumento externo orbatus, ab utraque parte visus. f.) Cotyledonum sectio verticalis. g.) Earundem partes radicales abscissæ, & a se invicem diductæ, ut insertio radiculæ & h.) Plumula in conspectum veniant.

95. CALVARIA. Commers.

Cal. parvus, quadripartitus, inferus; foliolis ovatis, obtusis, persistentibus. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. superum. Styl. . . . Stigm. . . . Bacca pomacea, monosperma. Rec. nullum. Sem. horizontale, testa ossea crassissima, intus membrana propria vasculosa vestita, instructum. Alb. carnosum, ad marginem tenuissimum. Emb. horizontalis; cotyl. foliaceis; rad. curvula.

Calvaria major. Tab. 200. fig. 2.

an *Calvaria cerebellina?* Commers. *ic. ined.*

E collectione seminum Mus. Paris.

Per. Bacca carnosa, lactescens, supera, ovata, ovum anserinum crassitie superans, sed paulo brevior, l. e basi crassissima sursum conice attenuata, obtusa, turbinata, glabra, rufescens, monosperma. Loculamentum membrana propria tenuissima, ex vasis pedunculi oriunda & totum semen obvolvente, vestitum.

Rec. nullum; semen lata area umbilicali fundo baccae adnatum.

Sem. unicum, grande, subglobosum, in duo hemisphaeria discriminatum; hemisphaerio superiore depressiusculo, inaequaliter ovato, l. calvariae formam ex asse referente, paulo supra medium levigatissimo, spadiceo-ferrugineo & margine acuto terminato: inferiore obtuse umbonato, angustiore, scabro, l. usque ad hemisphaerium superius ex lata area umbilicali formato, & foraminibus umbilicalibus inaequalibus, plerumque tribus, insignito.

Int. duplex; *exterius* osseum, crassissimum, intus cavitate compressa pro recipiendo nucleo exsculptum, atque venis albidis, e vasis umbilicalibus obortis per foramina seminis basilaria ingredientibus & in propriis canalibus substantiae osseae inscriptis, ad obtusam seminis partem adscendentibus, tum in angulo ipso cavitatis egredientibus, dentritarum more ramosis, eleganter pertextum: *interius*, membranaceum, tenuissimum, pallidum.

Alb. cavitati testae conforme, elliptico-acuminatum, compressiusculum, l. inaequaliter lenticulari-convexum, convexitate superiore minore, medio crassum, ad marginem vero in membranam tenuem attenuatum, carnosum, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, horizontalis, niveus. *Cotyl.* ovatae, foliaceae, subconcavae, apice recurvato-adscendentes, levissime nervosae, incumbentes. *Rad.* brevis, capitellata, compressa, ab umbilico externo remota, interno autem contraria, lateralis.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem longitudinaliter dissecta cum situ seminis. c.) Semen longitudinaliter sectum. d.) Testæ seminis sectio verticalis cum venis, cavitatem obvestientibus. e) Nucleus separatus. f.) Embryonis situs intra albumen.

Embryonis figura ad specimen ab insectis valde corrosum facta, & ex parte ad conjecturam integrata est, hinc in nostra icone ejus figura non satis certa.

CALVARIA hexangularis. Tab. 120. fig. 1.

Noix du bois de compagnie. Ex collectione Delessertiana, cum sequente.

Semen (a. b.) nuce avellana paulo majus, depressiusculum, obsolete hexangulo-ellipticum, ad sulcos ab adnata membrana loculamenti striatum, cætera nitidum, lutescens, in summo vertice obtuse mucronulatum, ad basin vero lata irregulari area umbilicali scabrata & in hujus centro umbilico triangulari, ex congerie foraminulorum pro introitu vasorum umbilicalium formato, insignitum. Integumentum duplex; *exterius* (c.) osseum, crassissimum, cavitate compressa, venis anastomosantibus pertexta, exsculptum; *interius* tenuissimum. Albumen (d.) elliptico-acuminatum, lenticulari-compressum, acumine adscendente curvulum, ad marginem tenuissimum, carnosum, album. Embryo (e.) horizontalis, magnitudine fere albuminis. Cotyledones ovatæ, obtusæ, apice recurvato-erectiusculæ. Radicula brevis, curvula.

CALVARIA globosa. ibid.

Semen parvum (a. b.) fabam magnitudine paulo superans, depressiusculum, angulato-ellipticum, in summo vertice mucrone minimo instructum, ad basin vero ovata area umbilicali immersa & in hujus centro umbilico scutiformi prominente, foraminulis perterebrato, notatum. Integumentum duplex; *exterius* osseum (c.) crassum, uti in præcedentibus cavitate compressa pro nucleo exsculptum, & venis anastomosantibus pictum; *interius* tenuissimum, pallidum, ad apicem *chalaza* ferruginea notatum. Albumen (d. e.) elliptico acuminatum, lenticulari-compressum, medio crassum, ad marginem vero tenuissimum, carnosum. Embryo (f. G.) magnitudine fere albuminis albus; cotyledonibus ellipticis foliaceis, tenuissimis, leviter curvatis, subtilissime nervosis; radicula brevi, capitellata, l. subclavata, compressiuscula, curvula, conico-acuminata.

96. JACQUINIA.

JACQ. *amer. p.* 53. LINN. *gen.* 254. *ed. Schreb.* 346.
JUSS. *gen. p.* 151. LAMARCK *ill. gen. t.* 121.

Cal. quinquepartitus, inferus; foliolis rotundatis, concavis, ad basin brevissime unguiculatis, adpressis, persistentibus. Cor. monopetala, campanulato-tubulosa; limbo duplici decemfido: laciniarum serie externa patente, interna minore cum externa alternante erecta. Stam. quinque; filamentis subulatis, infimo tubo insertis; antheris ovatis, non exsertis. Ovar. superum; stylo simplici longitudine fere staminum; stigmate capitato, quinque-crenulato. Bacca parva, corticata, unilocularis, tetrasperma. Rec. nullum. Sem. ovata, glabra. Alb. carnosum. Emb. erectus, longus, curvatus.

JACQUINIA armillaris. Tab. 201. fig. 2.

Arbor baccifera laurifolia, fructu corallino ribum instar racemoso calyculato venenato. SLOAN. *hist.* 2. *p.* 89. *t.* 190. *f.* 2.

Xylocyste fruticosum; foliis elliptico-ovatis, subtus cinereis; pedunculis ramosis, alaribus. BROWN. *jam.* 372.

Chrysophyllum Barbasco. LOEFL. *it.* 204. 267. *ed. germ.*

Jacquinia foliis obtusis cum acumine. JACQ. *amer. p.* 53. *t.* 39. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 229.

Jacquinia foliis obtusis coriaceis, floribus racemosis, baccis subtetraspermis. SWARTZ *obs. p.* 85.

Jacquinia foliis cuneiformibus, ramis ad ramificationes nodosis verticillatis. VAHL *ecl.* 1. *p.* 26. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1064. PERSOON *syn. pl.* 1. *p.* 234.

Ex insula Hispaniola a D^no^ POITEAU.

PER. Bacca parva, piso paulo major, ovato-globosa, infera, hinc calyci persistenti insistens, inde in mucronem producta, corticata, glabra, fulva, unilocularis, tetrasperma. Cortex coriaceo-fungosus, siccitate fragilis. Pulpa carnosa, seminibus undique adhærens, ante maturitatem saturate viridis, post maturitatem vero flavescens.

REC. nullum; semina a carne undique circumdata, & funiculis umbilicalibus brevissimis columnulæ, e centro calycis assurgenti, adhærentia.

SEM. quatuor, (quorum vero unum, vel duo plerumque abortant,) pulpa interposita remotiuscula, ovata, l. ovato-oblonga, utrinque obtusa, glabra, turbinata, l. ab adjacentibus ad latera planiuscula, dilute castanea, l. rufescentia, *chalaza* paulo obscuriore ad basin lateris interni notata.

INT. simplex, membranaceum, firmum, l. subcrustaceum, ab albumine vix secedens.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, ſed baſi ejus paulo propior, erectus, incurvus, niveus. *Cotyl.* breviſſimæ, ovatæ, ſubfoliaceæ, l. lenticulari-convexæ, obtuſæ, vix diſcretæ, accumbentes. *Rad.* longiſſima, filiformiteretiuſcula, incurva, umbilico externo obverſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca immatura, calyci inſiſtens. b.) Calyx ſeparatus cum diſco & columnula centrali, quibus bacca & ſemina affixa ſunt. c.) Bacca matura, a calyce ſeparata, integra. d.) Cortex baccæ longitudinaliter apertus, ut pulpa & ſeminum ſitus appareat. e.) Sectio baccæ transverſalis cum ſeminibus. f.) Semen ſolutum. g.) Albumen transverſe ſectum. h.) Situs embryonis intra albumen. i.) Embryo ſeparatus, valde auctus.

97. OLAX.

Linn. *gen.* 45. *ed. Schreb.* 61. Juss. *gen. p.* 153.

Cal. parvus, monophyllus, inferus, cupulatus, laxus, truncatus, ad limbum ciliatus, vix inæqualis, cum fructu increſcens, perſiſtens. Cor. tripetala; petalis fundo calycis inſertis, longis, anguſtis, verſus apicem ſenſim latioribus, unico, l. duobus, l. omnibus profunde bifidis: laciniis ovato-lanceolatis acutis. Appendices bini filiformes, nectariferi, ad utrumque latus filamenti & cum ipſo ad medium petalum inſerti, bifurcati. Stam. tria, appendicibus intermedia; filamentis brevibus; antheris cordato-oblongis, erectis, bilocularibus. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, filiformi, dimidiis petalis vix longiore; ſtigmate ſimplici, obtuſo. Nux a calyce involucrata, unilocularis, monoſperma. Rec. filiforme. Semen baſi umbilicatum. Alb. carnoſum. Emb. inverſus?

Olax ſcandens. Tab. 201. fig. 3.

Olax ſcandens. Roxb. *corom. pl. 2. p. 2. t. 102.*

Ex collectione Bankſiana.

Per. Nux parva, magnitudine nucis avellanæ, ovato-globoſa, a calyce perſiſtente cupulato ſupra medium excepta, corticata, lutea. Cortex craſſiuſculus, carnoſo-pulpoſus. Putamen oſſeo-chartaceum, ovato-oblongum, ſulcis tribus longitudinalibus elevatis & in vertice apophyſi cruciato-acuminata inſignitum, baſi vero deraſum, ante plenam maturitatem ſubſtantia ſpongioſa alba intus veſtitum, monoſpermum.

Rec. filiforme, e baſi nucis oriundum, & in proprio ſulco ad ventrem ſeminis fere ad apicem usque adſcendens, breviſſime tricuſpidatum, ramo intermedio ſemini inſerto.

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, basi oblique umbilicatum, & ad ventrem fere usque ad verticem sulco longitudinali a receptaculi impressione insignitum, albicans.

INT. simplex, membranaceum, tenue, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. elliptico-acuminatus, compressiusculus, inversus? *Cotyl.* ... *Rad.* ...

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Nux integra, a calyce involucrata. b.) Eadem e calyce exemta. c.) Corticis sectio transversalis cum putamine, ad medium usque ab illo denudato. d.) Putamen solutum, integrum. e.) Idem longitudinaliter dissectum cum receptaculo & semine in situ. f.) Ejusdem sectio transversalis, intus adhærente substantia spongiosa. g.) Albumen longitudinaliter & — h.) Idem transverse sectum cum embryonis lectulo.

Cum stirps, a b. Patre Vol. II. p. 474. t. 179. descripta, ab Olace LINN. quam maxime sit aliena, idem nomen genericum huc repetere non dubitavimus. Licet character generis, a nobis prolatus, aliquantum a Linnæano recedat, nullum tamen dubium restat, quin nostra planta genuina Olacis species sit.

Fructus in nostro specimine erat immaturus & embryo in pulverem dilapsus; sed ob insertionem receptaculi s. funiculi umbilicalis & ob situm atque figuram lectuli embryonis suspicio arridet, embryonem esse inversum, & inde hanc stirpem a Sapotis eliminandam. Alia adhuc in vastissima collectione Banksiana asservatur species huic quoad fructum simillima, sed semina pariter erant fatua.

98. CHRYSOPHYLLUM.

LINN. *gen.* 263. *ed. Schreb.* 355. JUSS. *gen. p.* 152. LAMARCK *ill. gen. t.* 120. Cainito. PLUM. *gen. t.* 9.

Cal. parvus, quinquepartitus, inferus, persistens. Cor. monopetala, campanulata; limbo quinquefido, patente: laciniis tubo brevioribus. Stam. quinque; filamentis brevibus, subulatis, ad faucem tubi insertis & corollæ laciniis oppositis, conniventibus; antheris incumbentibus, didymis. Ovar. superum; stylo simplici, brevissimo; stigmate subquinquefido. Bacca unilocularis, monosperma, aut decemlocularis, decasperma. Semina osseo-testacea, area umbilicali ad ventrem notata. Alb. carnosum, ad marginem tenuissimum. Emb. magnus, erectus; cotyledonibus carnosis; rad. incurva.

CHRYSOPHYLLUM Cainito. Tab. 201. fig. 4.

Cainito

Cainito. Laet. *amer.* 390.

Cainito folio subtus aureo, fructu maliformi. Plum. *gen. p.* 10.

Chrysophyllum foliis ovatis superne glabris parallele striatis, subtus tomentoso-nitidis. Linn. *hort. cliff. p.* 49.

Chrysophyllum foliis ovatis parallele striatis, subtus tomentoso nitidis. Jacq. *amer. p.* 51. Linn. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 231. Willd. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1083. Persoon *syn. pl.* 1. *p.* 236.

Icon. Jacq. *amer. t.* 37. *f.* 1. *pict. t.* 51.

Ex insula Hispaniola a Dno Poiteau.

Per. Bacca magna, pomacea, subglobosa, depressiuscula, basi calyci persistenti quinquepartito insistens, in vertice area colorata in radios divergentes soluta notata, e flavo & viridi rosea, decemlocularis, decasperma. Caro epidermide tenui glabra tecta, crassa mollis, subglutinosa, ad peripheriam carnea, centrum versus pallida aut sordide albescens. Loculamenta decem, membrana propria laevigata ad angulum vero internum evanescente tenuissima vestita, ex his duntaxat quatuor l. quinque fecundantur, reliqua vero in rimas lineares inanes abeunt.

Rec. nullum; semina angulo centrali loculamentorum per totam fere longitudinem suam adnata, & affixa per funiculos umbilicales filiformes e pedunculo baccae oriundos & in ejus centro ad apicem areae umbilicalis adscendentes, quo proprium canalem testae inscriptum adeunt, & per totam ejus superficiem internam in ramos, ad radiculam seminis decurrentes, dividuntur.

Sem. solitaria, lenticulari-compressa, ad marginem internum ventralem crassiora, elliptica, ad basin in processum curvulum brevem acutum producta, inde sub vertice rotundato ad marginem internum emarginato-truncata, & ad ventrem area longa elliptica umbilicali derasa pallida immersa atque ad hujus apicem umbilico parvo notata, glaberrima, splendentia, nervis protuberantibus insignita, dilute castanea, l. ferruginea.

Int. duplex; *exterius* osseum, durum, fragile, paulo supra medium ventrem canali adscendente perforatum, intus membrana propria vasculosa, a vasis umbilicalibus oborta, vestitum; *interius* membranaceum, tenuissimum, facile detrahendum, dilute ferrugineum.

Alb. semini conforme, carnosum, ad latera modice crassum, versus marginem vero, excepta ejus parte basilari acuta, in membranam tenuem extenuatum, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, erectus, subincurvus, albus. *Cotyl.* cordato-ovatae, obtusissimae, carnosae, ad marginem internum crassiores, impressionibus undulatis raris inaequales, sulco intermedio longitudinali bipartitae, levissime nervosae, accumbentes. *Rad.* brevis, capitellata, oblon-

 ga,

ga, teretiuſcula, obtuſa, oblique deſcendens, ab umbilico externo declinis, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverſe ſecta cum loculamentis & ſemine in ſitu. c.) Semen ſolutum. d.) Idem transverſe diſſectum. e.) Teſta longitudinaliter aperta cum nucleo in ſitu. f.) Albumen ſeparatum, integumento interiore veſtitum, & nervorum impreſſionibus, a membrana teſtæ propia ortis, inſignitum. g.) Embryonis ſitus intra albumen. h.) Embryo ſeparatus, cotyledonibus paulo a ſe invicem diductis.

CHRYSOPHYLLUM macrophyllum. Tab. 202. fig. 1.

Bumelia (nervoſa,) foliis alternis ellipticis ſubtus diſcoloribus, floribus aggregatis lateralibus axillaribusque tomentoſis pedunculatis. VAHL *ecl. 1. p. 28.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 1087.* PERSOON *ſyn. pl. 1. p. 237.*

Chryſophyllum foliis obovatis, ſubtus parallele nervoſis, glaucis, vix tomentoſis. LAMARCK *ill. gen. n. 2474.*

Ex inſula Hiſpaniola a D^no^ POITEAU, cum ſequente.

Bacca (a.) ovato-oblonga, ſubreniformis, l. ad dorſum magis convexa, vix ſenſibiliter compreſſa, in vertice planiuſculo extra axim obtuſe mucronulata, ſ. ſtylo perſiſtente munita, ad baſin vero calyci & pedunculo craſſiuſculo inſiſtens, glabra, unilocularis, monoſperma. Caro tenuis, rufeſcens. Loculamentum membrana propria tenui, ad marginem areæ umbilicalis cum ſemine cohærente, veſtitum. Receptaculum nullum; ſemen, ut in priore, ad aream umbilicalem baccæ adnatum. Semen (b. c.) unicum, ovato-oblongum, compreſſiuſculum, infra verticem glabella tripartita & a medio ventre ad baſin uſque lata area umbilicali cordata pallida paululum immerſa notatum, lævigatum, occhraceum. Integumentum duplex; *exterius* (d.) teſta chartaceo-cruſtacea, fragilis, membrana vaſculoſa intus veſtita: *interius* membranaceum, tenue, album. Albumen (e. f.) cavitati teſtæ conforme, evidentius compreſſum, inæqualiter ellipticum, ad baſin acuminatum, ad latera modice craſſum, ad marginem vero in membranam tenuiſſimam extenuatum, carnoſum, album. Embryo (g.) magnus, curvulus, erectus, albus. *Cotyl.* magnitudine fere albuminis, ſubellipticæ, ad apicem craſſiores, baſi vero oblique truncatæ, margine obtuſiſſimæ, carnoſæ, impreſſionibus rotundatis inſignitæ. *Rad.* brevis, capitellata, curvula.

CHRYSOPHYLLUM ferrugineum. ibid.

Chryſophyllum foliis oblongis acuminatis ſubtus tomentoſo-aureis, fructu ovato monopyreno. SWARTZ *prod. p. 49. Fl. ind. occid. p. 480.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 1083.* PERSOON *ſyn. pl. 1. p. 236.*

Bacca

Bacca (a.) ovato-cylindrica, leviſſime ſubreniformis, baſi anguſtata, compreſſiuſcula, ſtylo breviſſimo extra axim poſito quinque crenulato faſtigiata, calyci minimo inſiſtens, glabra, cæruleſcens, unilocularis, monoſperma. Semen (b. c.) unicum, larvam. æmulans, cylindraceo-oblongum, hinc obtuſum, inde acutum, glabellis quatuor maximis & infra has lata area umbilicali emarginata inæquali nec non umbilico prominulo inſignitum, glabrum, e cinereo ſtramineum. Integumentum duplex; *exterius* (d.) teſta oſſea, craſſiuſcula, cavitate elliptica obliqua ad baſin acuminata exſculpta, & membrana propria pertexta: *interius* membranaceum, tenue. Albumen (e. f.) cavitati teſtæ conforme, acuminato-ellipticum, l. ad ventrem oblique truncatum, baſi acuminatum, ad latera modice craſſum, ad marginem vero partis ſuperioris tenuiſſimum, carnoſum, album. Embryo (g.) magnus, curvulus, albus. *Cotyl.* latitudine albuminis, ſed dimidia ejus parte breviores, ellipticæ, baſi truncatæ, carnoſæ. *Rad.* cotyledonibus vix brevior; curvula, teres, conico-acuminata.

Inter Sapotas non dantur pyrenæ; hinc nomen triviale huic ſpeciei a Cel. Swartz inditum, mutandum eſſe cenſemus.

99. SIDEROXYLUM.

Linn. *gen.* 264. *ed. Schreb.* 357. Juss. *gen. p.* 151.
Lamarck *ill. gen. t.* 120.

Cal. parvus, quinquefidus, inferus, perſiſtens. Cor. monopetala, rotata, quinquefida: laciniæ ovatæ, obtuſæ, baſi appendicibus quinque ſerratis, cum laciniis alternis, lanceolatis inſtructæ. Stam. quinque, laciniis paulo breviora, cum appendicibus alterna; filamentis ſubulatis; antheris incumbentibus. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, longitudine ſtaminum; ſtigmate obtuſo. Bacca unilocularis, monoſperma: loculamentum membrana propria veſtitum. Rec. nullum. Sem. unicum, lævigatum, baſi umbilicatum, teſta oſſea inſtructum. Alb. baſi oblique truncatum, ſubcartilagineum. Emb. oblique adſcendens, cotyledonibus foliaceis, apice ad utrumque latus ſupra albumen reflexis, incumbentibus; rad. declini, infera.

Sideroxylum nigrum.

Ex inſula Hiſpaniola a D^no^ Poiteau, cum ſequente:

Per. Bacca parva, globoſa, mucronato-apiculata, calyci quinquefido perſiſtente inſiſtens, glabra, nigro-cœrulea, unilocularis, monoſperma. Caro craſſiuſcula, dulcis. Loculamentum membrana propria tenui veſtitum.

Rec. nullum; ſemen umbilico baſi baccæ adnatum, & cum vaſis pedunculi cohærens.

SEM. unicum, rhomboideo-subglobosum, compressiusculum, rotundato-tetragonum, basi torose umbilicatum, lævigatum, fuscum.

INT. duplex; *exterius* osseo-testaceum, cavitatibus duabus exsculptum: altera majore nuclei subglobosa & membrana-vasculosa pertexta: altera inferiore minore, s. umbilico dilatato & vasa umbilicalia ducente, tentorio osseo obliquo tenui, ad angulum superiorem a vasis umbilicalibus perterebrato, a cavitate superiore discriminata: *interius* membranaceum, tenue, ferrugineum.

ALB. cavitati testæ conforme, subglobosum vel in vertice & dorso convexum, ad basin acuminatum, infra vero oblique decussatum, planiusculum, crassum, subcartilagineum, album.

EMB. albumine paulo longior, oblique adscendens, margine dextero ad planitiem albuminis declinis, albus. *Cotyl.* dimidio albumine longiores, subellipticæ, ad apicem truncatæ, marginibus supra albumen eminentibus & ad utrumque latus albuminis reflexis, foliaceæ, leviter convexæ, subtus vero concavæ. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, teres, recta, obtusa, ab umbilico externo declinis, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem longitudinaliter dissecta cum semine in situ. c.) Testa transverse secta. d.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ nuclei. E.) Nucleus solutus. F.) Almen transverse dissectum. g.) Embryonis situs intra albumen. H.) Embryo solutus, a parte superiore spectatus.

Rami graciles. Folia lanceolata, longe petiolata, obtusa, margine undulata, utrinque glabra, supra nitentia. Pedunculi pauci 2. l. 3., breves, ex axillis foliorum ad summos ramos prodeuntes.

SIDEROXYLUM salicifolium. ibid.

Salicis folio lato splendente arbor, floribus parvis pallide luteis pentapetalis e ramulorum lateribus confertim exeuntibus. SLOAN. *jam. 170. hist. 2. p. 98. t. 206. f. 2.*

Achras? foliis oblongis nitidis utrinque productis, floribus confertis, fasciculis infra frondes sparsis. BROWN. *jam. p. 201. t. 17. f. 4.*

Achras (salicifolia,) floribus confertis, foliis lanceolato-ovatis. LINN. *spec. pl. ed. 3. p. 470. Syst. veg. ed. 14. p. 342.*

Bumelia (salicifolia,) foliis lanceolato-ovatis acuminatis, pedunculis confertis axillaribus & lateralibus. SWARTZ *prod. p. 50. Flor. ind. occid. p. 491.*

Sideroxylum inerme, foliis ovato-lanceolatis acuminatis superne splendentibus; floribus confertis lateralibus. LAMARCK *ill. gen. n. 2458.*

Bacca

Bacca (a.) parva, ovata, mucronato-rostellata, infera, glabra, lutea, unilocularis, monosperma, (rarius bilocularis, disperma. SWARTZ.) Caro debilis, pulposa. Semen (b.) subglobosum, longitudinaliter quinque-l. sexsulcatum, basi umbilicatum, glabrum, fuscum. Integumentum (c.) ut in priore. Albumen (d. E. F.) cavitati testæ conforme, rotundato-trigonum, basi oblique undulato-truncatum & sulco intermedio elevato insignitum, deorsum acuminatum. Embryo (G.) ut in priore.

Cel. WILLDENOW in *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1086.* hanc speciem cum sequente commiscuit.

SIDEROXYLUM Mastichodendrum. ibid.

Cornus foliis laurinis, fructu majore luteo. CATESB. *car. 2. p. 75. t. 75.*

Sideroxylum Mastichodendrum. JACQ. *collect. 2. p. 253. t. 17. f. 5.*

Sideroxylon inerme, foliis perennantibus lanceolatis acutis; floribus luteis. LAMARCK *ill. gen. n. 2456. t. 120. f. 2.*

Acoma jaune, l. *Apricot des bois.* Collect. sem. Mus. Paris.

Bacca (a.) ovato-oblonga, pollicaris, utrinque obtusa, hinc calyci persistenti insistens, inde mucronata, glabra, lutea, unilocularis, monosperma. Caro crassiuscula, mollis, epidermide tenui tecta. Semen (b. c.) unicum, obovatum, l. ellipticum, turgidum, ad ventrem glabella ovata bipartita & infra hanc paulo supra basin seminis area umbilicali alba immersa atque in hujus centro umbilico parvo insignitum, lævigatissimum, fuscum l. obscure castaneum. Integumentum duplex: *exterius* (d.) testa ossea, basin versus crassior evadens, in proprio canali ab umbilico externo incipiente & ad medium seminis ventrem intus terminato vasa umbilicalia, in membranam vasculosam testæ internam soluta, transmittens: *interius* membranaceum, tenue, occhraceum. Albumen (e. f.) cavitati testæ conforme, ellipticum, ad latus ventrale basin versus oblique truncatum, planiusculum, & a basi acuminata sulco elevato instructum, in vertice autem stria alba bipartita ad utrumque latus supra medium decurrente notatum, crassum, subcartilagineum, album, l. dilute stramineum. Embryo (g.) magnus, albumine ipso longior, oblique adscendens, albus. *Cotyl.* ovatæ, cochleariformes, margine supra albumen reflexæ, foliaceæ; instar sellæ equestris longitudinaliter sulcatæ. *Rad.* dimidiis cotyledonibus paulo brevior, teres, obtusa.

SIDEROXYLUM obovatum. ibid.

Bois d'acouma. Collect. Delessert.

Bacca (a.) subglobosa, l. obovata, mucronata, glabra, lutescens, monosperma. Semen (b. c.) unicum, obovatum, utrinque obtusum, compressiusculum,

lum, paulo ſupra baſin in collum breve obliquum coarctatum, baſi area umbilicali pallida immerſa inſignitum, fuſcum. Integumentum duplex: *exterius* (d. e.) oſſeo-teſtaceum, baſi craſſiſſimum, cavitate ſubgloboſa baſi oblique truncata exſculptum, & propria membrana vaſculoſa, a funiculo umbilicali candido oborta, intus elegantiſſime dentritarum inſtar pertexta: *interius* membranaceum, tenue, ferrugineum. Albumen (f. g. h.) cavitati teſtæ conforme, ſubgloboſum, craſſum, ſubcartilagineum, album. Embryo (c.) albumine paulo longior, oblique adſcendens, albus. *Cotyl.* ellipticæ, apice margine ſupra albumen reflexæ. *Rad.* ut in prioribus.

An revera nova ſit ſpecies, an una ex jam cognitis, aliis enodandum relinquimus.

In compluribus aliis hujus ſtirpis ſpeciebus, in Collectione Deleſſertiana aſſervatis, idem ſeminis & embryonis ſitus atque forma plane ſingularis ſemper obſervatur.

100. BUMELIA.

SWARTZ *prodr. p. 49. fl. ind. occid. t. 8.* SCHREB. *gen.* 1736.

Cal. quinquepartitus, inferus; laciniis ovatis, obtuſis, concavis, perſiſtentibus. Cor. monopetala, tubuloſa quinquefida; tubo cylindrico, brevi, infra faucem ſquamis quinque acutis nectariferis conniventibus & corollæ laciniis oppoſitis anguſtato; limbo quinquepartito: laciniis ovatis, patentiuſculis, concavis, ad baſin appendicibus duabus ſerratis, cum laciniis alternis, munitis. Stam. quinque; filamentis longitudine laciniarum corollæ, ſubulatis, ad faucem corollæ inter appendices inſertis; antheris incumbentibus. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, ſubulato, ſtaminibus breviore; ſtigmate acuto. Bacca ſtylo perſiſtente faſtigiata, unilocularis, monoſperma. Rec. nullum. Sem. unicum, teſtaceum, ſupra baſin umbilicatum. Alb. tenuiſſimum. Emb. erectus, curvulus; cotyledonibus craſſis; radicula minima.

BUMELIA retuſa. Tab. 202. fig. 3.

Achras? fructu minore glabro, foliis ovatis, floribus confertis alaribus. BROWN *jam. p. 201. n. 7.*

Bumelia foliis cuneato-ovatis retuſis rigidis; pedunculis confertis axillaribus. SWARTZ *prod. p. 49. Fl. ind. occid. p. 490.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 1086.* PERSOON *ſyn. pl. 1. p. 237.*

Ex collectione Bankſiana.

PER. Bacca parva, ovata, supera, stylo persistente mucronato-rostellata, glabra, unilocularis, monosperma. Caro mollis, crassiuscula, flavescens. Loculamentum membrana tenui vestitum.

REC. nullum; semen ope areæ umbilicalis prope basin baccæ adnatum.

SEM. unicum, irregulari-ellipticum, l. in dorso magis convexum, ad ventrem rectiusculum & glabellâ bipartita notatum, turgidulum, vix compressum, paulo supra basin umbilico ovato instructum, glaberrimum, nitidum, livido-fuscum.

INT. duplex; *exterius* osseo-testaceum, cavitate altera majore acuminato-elliptica pro nucleo, altera minore ad basin oblique adscendente pro vasis umbilicalibus exsculptum, intus membrana vasculosa ferruginea vestitum: *interius* arachnoideum, simplicissimum, album.

ALB. membrana tenuis, carnosa, lacteo-alba, a transparente embryone ferrugineo violacea, embryonem includens, ad basin apiculatam paulo crassior.

EMB. cavitati testæ conformis, ellipticus, l. obovatus, basi acuminatus, magnus, erectus, dilute ferrugineus. *Cotyl.* crassæ, plano-convexæ, subcartilagineæ, incumbentes. *Rad.* brevissima, curvula, conico-acuminata, umbilico externo vix obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra, calyce destituta. b.) Eadem longitudinaliter dissecta cum semine in situ. c.) Semen solutum, a ventre spectatum. d.) Testa inanis, transversim secta. e.) Ejusdem sectio longitudinalis cum nucleo in situ. f.) Albumen separatum. g.) Ejusdem & embryonis sectio transversalis. h.) Embryo solutus.

BUMELIA lycioides. ibid.

Sideroxylum spinosum, foliis deciduis. DUHAM. *arb. 2. p. 260. t. 68.* WANGENH. *amer. 117.*

Sideroxylum spinosum, foliis deciduis lanceolatis venosis. LAMARCK *ill. gen. n. 2463.*

Sideroxylon spinosum, erectum: foliis lato-lanceolatis, utrinque glabris. MICHAUX *flor. bor. amer. 1. p. 122.*

Sideroxylum spinosum, foliis deciduis lanceolatis. LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 232.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1090.*

Bumelia lycioides. PERSOON *syn. pl. 1. p. 237.*

Ex collectione Cel. DESFONTAINES.

Bacca

Bacca (a.) parva, ovata, in vertice stylo persistente mucronato-rostellata, basi calyci persistenti-patentiusculo insistens, glabra, viridiuscula, unilocularis, monosperma. Caro pulposa. Semen (b. c.) ellipticum, turgidum, in dorso magis convexum, per vasa umbilicalia basi baccæ affixum, ad basin umbilico pervio, in loculamentum spurium intra testam oblique adscendens dilatato, instructum, lutescens. Integumentum *exterius* (d. e.) ut in priore; *interius* simplicissimum, album. Albumen (f. g.) ante maturitatem crassiusculum, carnosum, album. Embryo ut in priore.

Neque floris varia conditio, neque corollæ additamenta, nec denique seminum numerus in Crysophyllo, Sideroxylo & Bumelia ad condendos certos generum characteres sufficiunt, uti ex confusione specierum, ad hæc genera ab auctoribus relatarum liquet; sed, uti videtur, sola albuminis conditio & embryonis situs atque forma, in his stirpibus constantissima, incertos hos characteres mederi valent.

CAROLI FRIDERICI GAERTNER,

MED. DOCT., SOC. NATUR. CURIOS. SUEV. SODAL., PHYS. JENENS. GOETTING. MEMBR. ETC.

SUPPLEMENTUM CARPOLOGIAE

SEU

CONTINUATI OPERIS JOSEPHI GAERTNER DE

FRUCTIBUS ET SEMINIBUS PLANTARUM

VOLUMINIS TERTII

CENTURIA SECUNDA

CUM TABULIS AENEIS XXIII.

SUMTIBUS CAROL. FRID. ENOCH RICHTER BIBLIOPOLAE LIPSIENSIS. MDCCCVII.

VIRO

PERILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO

JOSEPHO BANKS

IMPER. ANGL. BARONETO, SOCIET. REG. SCIENT. PRÆS.

REL. REL.

FAUTORI ET PATRONO

SUO

COLENDISSIMO

CENTURIAM SECUNDAM

GRATISSIMO ANIMO

CONSECRAT

AUCTOR.

101. LUCUMA.

JUSS. *gen. p.* 152. Achras. LINN. *gen.* 438. *ed. Schreb.* 593.

Cal. quinquepartitus, deciduus, inferus. Cor. monopetala, quinquepartita; tubo campanulato, medio ventricoso, intus squamis quinque aucto. Stam. 5.; filamenta ad medium corollæ tubum inserta, cum squamis alterna, subulata; antheræ oblongæ, incumbentes. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate obtuso. Bacca nauciphora, decemlocularis: loculamentis vero ad unum omnibus plerumque abortivis. Nauci turgidi, ossei, uniloculares, area umbilicali maxima notati. Rec. nullum. Sem. solitaria. Alb. nullum. Emb. maximus, erectus; rad. minima.

LUCUMA mammosum. Tab. 203. & 204.

Malus persica maxima, foliis magnis, integris longis; fructu magno, oblongo, scabro; officulo partim rugoso partim glabro. SLOAN *hist. jam.* 2. *p.* 124. *t.* 218.

Arbor americana pomifera, frondosis ramulis, foliis amplis longioribus obtusis duris & venosis margine aequali. PLUK. *alm. p.* 39. *t.* 268. *f.* 2.

Achras fructu maximo ovato, seminibus paucioribus oblongis turgidis. BROWN *jam. p.* 201.

Achras floribus pentandris. JACQ. *amer. p.* 56. *t.* 182. *f.* 19.

Achras floribus solitariis, foliis cuneiformi - lanceolatis. LINN. *spec. pl.* 469. *ed. Willd. T.* 2. *P.* 1. *p.* 224. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 341. PERSOON *syn.* 1. *p.* 235.

Icon seminis. CLUS. *exot. l.* 2. *c.* 29. *f.* 1.

Pain d'epice. Gall. Collect. Sem. Muf. Par.

Ex dono Cl. DUPUIS. Botan. Parif.

PER. Bacca magna, mammosa, supera, oblonga, l. ovato - oblonga, ad apicem obtusissime mucronata, pedunculo valido insidens, scabriuscula, pulposa, ferruginea, l. cinnamomea, decemlocularis; loculamentis vero omnibus evanescentibus, excepto unico membrana tenui vestito, & nauco unico foeto. Caro pulposa, epidermide valida punctis minutis undique exasperata inclusa, mollis, glutinoso - saccharata, fere insipida, dilute cinnamomea, l. e carneo subrubens. Nauci decem, quorum vero nonnisi unicus ad maturitatem pervenire solet, maximus, ovato - oblongus, utrinque acuminatus, turgidus, in dorso lævigatissimus, nitidus, ferrugineus,

neus, l. cinnamomeus, margine prope aream umbilicalem colore dilutiore fucatus; ad ventrem vero area umbilicali maxima, tertiam nauci partem mentiente inæquabili ſcabra pallida, exſculptus, paulo ſub vertice umbilicum immerſum, quo vaſa umbilicalia intrant, gerens, oſſeus, durus, craſſiuſculus, unilocularis, monoſpermus.

REC. nullum; naucus loculamento ope areæ umbilicalis & vaſorum umbilicalium carni adnatus.

SEM. in quovis nauco ſingulum, ejus cavitatem exacte replens, ovato-oblongum, toroſum, l. vix compreſſum, apice obtuſiſſimum rotundatum, oblique truncatum, verſus baſin conicum, album.

INT. ſimplex, membranaceum, facile detrahendum.

ALB. nullum.

EMB. maximus, ſemini conformis, erectus, albus. *Cotyl.* maximæ, craſſiſſimæ, amygdaloideo-carnoſæ, plano-convexæ, leviter undulato-plicatæ, accumbentes. *Rad.* minima, obtuſa, umbilico externo e diametro oppoſita, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Bacca integra. b.) Naucus ſeparatus. c.) Idem medio transverſe ſectus. d. e.) Embryo ſeparatus, & ab utraque parte viſus. f.) Ejusdem ſectio transverſalis.

LUCUMA Rivicoa. Tab. 204.

Graines du bois Rivicoa de haute Tiète. Collect. Deleſſert.

Naucus (a.) ovatus, l. ſubgloboſus, nitidus, fuſcus, ad ventrem area umbilicali maxima pallida & ſub vertice umbilico triangulari inſignitus, oſſeus (b.) fragilis, intus membrana propria vaſculoſa pertextus. Semen (c.) cavitati teſtæ conforme, in vertice leviter ſulcatum, & per totam ſuperficiem vaſorum impreſſionibus notatum, baſi mucronulatum. Int. ut in priori. Embryo ſemini conformis, ovatus, albus. *Cotyl.* (d.) craſſiſſimæ, carnoſæ, foveola intermedia lenticulari diſcretæ, margine tantum contiguæ, accumbentes. *Rad.* (e.) breviſſima, parva, obtuſa, inſtar tuberculi albidi ex embryone prominula, infera.

An hæc ſpecies, ob membranam nauci internam vaſculoſam Vitellariæ potius congener ſit, aliis enodandum relinquo.

LUCUMA pallidum. ibid.

Graines de Balata batard de haute Tiète. Collect. Deleſſert.

Naucus (a.) oblongus, lævigatus, ad ventrem ab oppoſito compreſſus, planiuſculus, pallide ſtramineus, intus membrana propria continua ruſeſcenti veſtitus. Semen cavitati teſtæ conforme, rugoſum, hinc convexum inde planum,

planum. Integ. ut in reliquis. Embryo (b.) seminis formæ exacte respondens, erectus, albus. *Cotyl.* crassæ, incumbentes. *Rad.* ut in prioribus.

LUCUMA dominigense. ibid.

A D^no^ POITEAU.

Naucus (a.) rotundato-trigonus, ad latera ventrem versus obtuse cuneatus, lævigatus, nitidus, dilute castaneus, membrana propria interna continua ferruginea intus vestitus. Semen cavitati testæ conforme, rotundato-trigonum, in dorso longitudinaliter rugosum, erectum, album. Integ. ut in reliquis. Embryo (b.) semen exacte repræsentans, erectus, albus. *Cotyl.* (c.) leviter flexuosæ, carnosæ, crassæ, subincumbentes. *Rad.* ut in prioribus.

Sapotarum semina, propriis characteribus insignita, distincto *Naucorum* nomine in posterum designare juvat.

102. VITELLARIA.

Cal. . . . Cor. . . . Stam. . . . Ovar. . . . Bacca nauciphora; naucis unilocularibus, monospermis, membrana vasculosa intus pertextis. Semina solitaria. Alb. nullum. Emb. erectus, cotyledonibus leviter plicatis, longitudinaliter ad medium usque connatis; rad. parva, protuberante, infera.

VITELLARIA paradoxa. Tab. 205. fig. 1.

Pain d'epice. Collect. Sem. Mus. Paris.

Jaune de l'oeuf. Collect. Delessert.

PER. . . . (nondum vidi.) Naucus ovato-globosus, l. ovatus, in dorso nitidus, glaberrimus, dilute fuscus; ad ventrem vero area umbilicali pallida scabriuscula immersa & sub vertice umbilico exserto triangulari notatus, ad quem sulcus obsoletus a basi nauci assurgit; intus membrana propria vasculosa eleganter pertextus, cujus rami a vertice per dorsum finduntur & ad basin usque descendunt; osseus, crassiusculus, unilocularis, monospermus.

REC. . . .

SEM. in singulo nauco singulum, ejusdem cavitati exacte replens, ovatum, l. ovato-globosum, sulcis obsoletis a vertice per dorsum oblique decurrentibus exaratum, erectum, rufescens.

INT. simplex, membranaceum facile detrahendum, ferrugineum.

ALB. nullum.

 EMB.

Emb. magnus, femini conformis, erectus, rufescens. *Cotyl.* crassissimae, hinc per totam longitudinem leviter plicatae & trabecula unica ad basin connatae, altero dimidio embryonis latere fere a vertice ad radiculam usque connatae, amygdalino-carnosae, ex substantia alba cum punctis rufis intime mixtis & vasis percursa compositae, accumbentes. *Rad.* minima, adpressa, candore ab embryone distincta, obtusa & quasi ex embryone protuberans, vasa in cotyledonum substantiam dimittens, ad ventrem vergens, infera, umbilico externo e diametro opposita.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Naucus integer. b.) Idem longitudinaliter sectus, ut membrana vasculosa visui pateat. c. & d.) Semen separatum, a ventre & a dorso spectatum. e.) Embryo transverse dissectus. f.) Ejusdem sectio longitudinalis secundum fissuram cotyledonum. g.) Idem verticali modo per latera sectus cum vasis, e radicula in cotyledonum lobos egredientibus.

In alia minori hujus generis specie, nuperrime a Cl. Lambert accepta, eandem embryonis & cotyledonum fabricam in nulla alia, quam novimus, stirpe obviam, quam maxime singularem & plane inauditam invenimus. Non certo affirmaverim, utrum nostrum genus cum illo, quod Cel. Richard condidisse perhibent, unum idemque sit, an ab hoc diversum. Denominatio gallica, pluribus quidem e Sapatarum ordine communis, nobis suppeditavit nomen.

MIMUSOPS. Conf. Carpol. Vol. I. p. 198.

Mimusops globósa. Tab. 205. fig. 2.
Ex Collect. Delessert.

Bacca (a.) globosa, paululum depressa, calyci persistenti sexpartito ex duplici laciniarum ordine conflato insistens, epidermide eminentiis l. punctis minutis scabrata, bi- (an potius quinque-) locularis. Caro crassa, pulposa, gummoso-resinosa. Loculamenta membrana tenui vestita. Nauci (b.) plures, quorum vero rarius plures quam duo maturescunt, subovati (c. d. e.) compressiusculi, lenticulari-convexi, ad ventrem vero planiusculi & ad ejus basin area umbilicali triangulari immersa nec non umbilico ligulato instructi, crassiusculi, ossei, membrana continua ferruginea intus vestiti, laevigati, nitidi, cinnamomei. Semen (f.) ovato-oblongum, rotundato-trigonum, erectum, dilute ferrugineum. Integ. simplex, membranaceum. Albumen (g) ad latera & ad basin crassum, ad marginem vero superiorem valde tenue, duriusculum, carnosum, album. Embryo (h.) magnitudine fere albuminis, curvulus, erectus, lacteus, *Cotyl.* ovatae, basi truncatae, foliaceo-carnosae, leviter plicatae, accumbentes. *Rad.* teretiuscula, curvula, dimidias cotyledones longitudine aequans, obtusa, ab umbilico externo aversa, infera.

Mimu-

MIMUSOPS Balata. ibid.

Achras (Balata,) foliis ovato-oblongis, subtus cinereis, fructu viridi, olivae-formi. AUBL. *guian. 1. p. 308?*

Graines de Balata. Collect. Sem. Mus. Paris.

Nauci (a. b.) ovati, basi truncati, l. rotundato-triangulares, ad basin hinc mucronulati; inde area umbilicali parva & umbilico exserto instructi, turgiduli, inaequabiles, glaberrimi, lucidi, ferruginei, monospermi. Semen (c.) cavitatem nauci replens, ad basin acuminatum cuneatum, ferrugineum. Int. ut in priori. Albumen (d.) semini conforme, reliqua ut in antecedente. Embryo (e. f.) magnitudine fere albuminis, compressus, paululum plicatus, lacteo-albus. *Cotyl.* foliaceo-carnosae, planiusculae. *Rad.* brevis.

103. IMBRICARIA. Commers.

JUSS. *gen. p.* 152. LAMARCK *ill. gen. t.* 300.

Cal. monophyllus, inferus, octopartitus; laciniis duplici ordine dispositis: exterioribus majoribus, coriaceis, lanceolatis, acutis: interioribus membranaceis; omnibus persistentibus. Cor. monopetala, planiuscula, longitudine calycis; tubus brevissimus; limbus octopartitus: laciniis iterum ter quaterve ad medium usque in lacinulas lineares ceu in radios divisae; appendices petaloidei octo, filiformes, inflexi. Stam. octo; filamenta brevia, tubo corollae inserta, & ipsius laciniis opposita, cum appendicibus vero alterna. Ovar. superum; stylo simplici, subulato, longitudine laciniarum corollae; stigmate obtuso. Bacca octolocularis; nauci irregulares, monospermi. Rec. o. Sem. solitaria. Alb. carnosum. Embr. incurvus.

IMBRICARIA borbonica. Tab. 206.

Mimusops (Imbricaria;) foliis alternis, apice ramorum confertis, ovatis, obtusis, retusis; fructibus polyspermis. WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 326.*

Imbricaria (maxima,) calycibus octophyllis, fructu subrotundo. LAMARCK *dict. 4. p. 433.*

Ex Collect. Sem. Mus. Paris. & a Cl. A. L. de JUSSIEU.

PER. Bacca ovata, aut subglobosa, obtusa, l. in brevissimum mucronem desinens, calyci persistenti insidens, punctis minutis callosis undique scabrata, carnosa, octo-locularis: naucis solitariis. Caro epidermide valida inclusa. Loculamenta octo, quorum vero per maturitatem quatuor l. plura abortant, & plane evanescunt. Nauci subovati, turgiduli, l. lenticulari-convexi, margine dorsali sulcato transverse rugoso attenuati, ad ventrem vero rectiusculi, crassi & paulo supra basin area umbilicali parva immersa,

ſa, nec non umbilico protuberante inſigniti, oſſei, duri, glabriuſculi, intus membrana propria continua veſtiti, fuſci, monoſpermi.

Rec. nullum; nauci ope areæ umbilicalis ad baſin baccæ carni adnati.

Sem. ſolitaria, cavitatem naucorum exacte replentia, arcuata, margine dorſali acuta, ad medium ventrem gibboſe incraſſata, verſus baſin attenuato-acuminata, erecta, dilute ferruginea.

Int. ſimplex, membranaceum, facile detrahendum.

Alb. ſemini conforme, ad latera craſſum, ad marginem vero tenue, duriuſculum, carnoſum, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, ovatus, curvatus, erectus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, ovatæ, planæ, accumbentes. *Rad.* teretiuſcula, curvula, ab umbilico externo averſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Ejusdem ſectio transverſalis. c.) Naucus ſeparatus. d.) Idem cum ſemine transverſe diſſectus. e.) Seminis ſitus intra naucum. f.) Embryo intra albumen.

IMBRICARIA macrocarpa. ibid.

A Cl. A. L. de Jussieu.

Bacca (a. a.) ovata, l. elliptica, 5. l. 6. pollices longa, punctis minimis calloſis exaſperata, baſi umbilicata, octolocularis; loculis vero 4. l. pluribus abortientibus. Nauci (b.) ſolitarii, irregulari-ovati, ſurſum anguſtiores, per marginem acutum transverſe rimoſi, compreſſiuſculi, inæquabiliter convexi, ad baſin in mucronem craſſum obtuſum producti, ad ventrem vero emarginati, l. proceſſu compreſſo elliptico aucti, & intra ſinum areæ umbilicali parva nec non umbilico protuberante magno inſtructi, ſcabriuſculi, l. glabri, oſſei, per marginem fiſſibiles, occhracei, monoſpermi. Semina (c.) ſolitaria, cavitatem teſtæ exacte replentia, a medio craſſiore ſurſum anguſtata-obtuſa: verſus baſin vero in mucronem longum attenuata, acuminata, pallida. Int. ut in priore. Albumen (d.) ſemini conforme, ad latera & ad baſin craſſum, margine vero ſuperiore valde tenue, duriuſculum, carnoſum, album. Embryo (e.) magnitudine fere albuminis, erectus, curvatus, lacteo-albus. *Cotyl.* magnæ, foliaceæ, planæ, elliptico-rhomboideæ, obtuſæ, parallele ſtriatæ, margine vix incraſſatæ, accumbentes. *Rad.* teretiuſcula, tertiam cotyledonum partem longitudine mentiens, incurva, conice acuminata, ab umbilico externo remota, infera.

Si nauci irregulares excipias, Imbricariam a Mimuſope vix dignoſcendam eſſe, ex antecedentibus apparet, ideoque forſan melius cum cel. Smith vid. *Act. Linn. Lond. Vol. 3. p. 258.* inter ſe junguntur. Cæterum Sapota, Phlebolitis,

litis, Mimusops, Imbricaria & Chrysophyllum (quoad fructus fabricam) tam arcto affinitatis vinculo inter se cohærent, ut exinde difficillime certi generum characteres stabiliendi esse videntur.

104. ROSTELLARIA.

Cal. . . . inferus, deciduus. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. superum; stylo simplici; stigmate concavo. Bacca carnosa, in stylum persistentem attenuata, unilocularis? Naucus unicus, monospermus. Rec. o. Sem. solitarium. Alb. carnosum, tenue. Emb. obovatus; cotyledonibus crassis; rad. brevi, obtusissima.

ROSTELLARIA Lessertiana. Tab. 207. fig. 1.

Ex Collect. Delessert.

PER. Bacca grandiuscula, ovata, supera, in stylum persistentem crassum apice truncato-lacerum attenuata, pedunculo valido suffulta, punctis plurimis callosis conspersa, viridis, unilocularis. Caro ab epidermide valida inclusa, crassissima, firma, pallida, vasis plurimis minimisque intermixta. Loculamentum unicum? obovato-oblongum, compressiusculum, extra axim fructus situm, ex substantia coloratiore & magis firma quam caro ipsa formatum, cæterum cum illa undique connatum. Naucus unicus, obovato-oblongus, compressiusculus, lenticulari-convexus, osseus, area umbilicali ad basin notatus, glaber, fuscus.

REC. nullum; naucus basi loculamento adnatus.

SEM. unicum, nauci cavitati consimile, subclavatum, l. obovatum, utrinque obtusum, compressiusculum, pallidum.

INT. simplex, membranaceum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, tenue, carnosum, album.

EMB. obovato-oblongus, compressiusculus, incurvus, erectus, albus. *Cotyl.* longæ, carnosæ, crassiusculæ, plano-convexæ, accumbentes. *Rad.* crassa, non discreta, obtusissima, vix compressa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverse dissecta. c.) Embryo separatus.

Folia opposita, magna, ovata, coriacea, breviter pedunculata, margine undulata, hinc glaberrima, inde ex nervo intermedio parallele subtiliter striata.

Ob loculamenti situm citra axim baccæ suspicio arridet, fructum esse pluri-locularem, quamvis obliterati loculamenti ne minimum detegere potui vestigium. Hæc stirps proxime a Bumelia distat.

SAPOTA. Conf. Carpol. Vol. II. p. 103.

SAPOTA elongata. Tab. 207. fig. 2.

E collectione Delessert.

Naucus (a.) elongatus, utrinque mucronulatus, acutus, compresso-turgidulus, margine obtusus rotundatus, ad ventrem area umbilicali longissima angusta albida & paulo sub vertice umbilico parvo immerso instructus, fuscus, membrana ferruginea continua intus vestitus. Semen solitarium, compressiusculum, cavitatem nauci replens & ejusdem formæ, pallidum. Int. simplex, membranaceum. Albumen, ut in reliquis, margine tenuissimum, durum, carnosum, l. subcartilagineum. Embryo (b.) longitudine fere albuminis, erectus, albus. *Cotyl.* lanceolatæ, foliaceæ, obtusæ, longissimæ. *Rad.* brevis, teres, rectiuscula, umbilico externo e diametro contraria, infera.

105. DIOSPYROS.

LINN. *gen.* 1161, *ed. Schreb.* 1598. JUSS. *gen. p.* 156. LAMARCK *ill. gen.* 858. Guajacana. TOURN. *inst.* *t.* 371.

Cal. 4—l. 5—l. 6—partitus, inferus, persistens. Cor. monopetala; tubus brevis, fundo calycis insertus; limbus 4—l. 5—partitus, patens. Stam. 8. l. 16.; filamenta brevia, imo corollæ tubo inserta; antheræ effoetæ. Ovar. superum; stylus 3—l. 4—fidus, stigmata 3. l. 4., nonunquam bifida. Bacca corticata (4?l.) 5—l. 8—l. 10—locularis; loculamentis monospermis, uno vel altero abortiente. Rec. o. Sem. (4.? l.) 5. l. 8. l. 10. inversa, linea depressa per ambitum cincta. Alb. cartilagineum. Emb. inversus, excentricus, declinis.

DIOSPYROS Commersoni. Tab. 208.

Ebenus. COMMERS. *Ic. ined.*

Bois d'Olive. Collect. Sem. Mus. Paris.

Ex collectione Delessertiana. Habitat in Madagascar.

PER. Bacca grandiuscula, ovata l. subglobosa, paululum depressa, mucrone parvo fastigiata, usque ad medium a calyce 5—l. 6—partito arcte amplexata, corticata, e lutescenti castanea, decemlocularis. Cortex glaber,

glaber, coriaceus, fragilis. Pulpa mollis, rufescens, a vasis nutrientibus ex pedunculo derivatis percursa. Loculamenta monosperma, membrana tenui vasculosa vestita.

Rec. nullum; nisi vasa, ex pedunculo in axi baccæ ad verticem assurgentia & in funiculos umbilicales congesta, sumas; qui funiculi dein verticem seminum adeunt, per dorsum descendunt, & sic per totum eorum ambitum circumferuntur, donec per ventris marginem ad verticem reduces umbilicum intrant.

Sem. solitaria, semiovata, cuneiformi-compressa, altero latere convexiuscula, altero plana, in summitate anguli interni sub vertice umbilicata, inversa, scabriuscula, ferruginea.

Int. duplex; *exterius* coriaceum, compactum, fere testaceum, linea depressa per totum ambitum inscriptum; *interius* tenuissimum, albumini pertinacissime adnatum.

Alb. semini fere conforme, ad umbilicum testa paulo angustius mucronatum, cartilagineum, durum, lectulo embryonem excedente exsculptum, sordide pallidum.

Emb. grandiusculus, excentricus, ab axi baccæ declinis, inversus, niveus. *Cotyl.* ovato-cordatæ, foliaceæ, planæ, nervis levibus inscriptæ, accumbentes. *Rad.* longa, recta, clavata, acuminata, umbilico externo proxima, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra, a calyce sexpartito excepta. b.) Ejusdem sectio transversalis. c.) Semen integrum, separatum. d.) Idem, detracta altera testæ parte. e.) Ejusdem sectio transversalis. f.) Albumen horizontali modo dissectum, cum Embryone in situ.

Conf. Carpol. Vol. II. p. 478. t. 179. an eadem species? sed forma & colore semina aliquantum diversa; synnonima l. c. certissime non hujus loci.

Diospyros Ebenum. ibid.

Diospyros Ebenum. Koenig *Act. Lund. V. 1. P. 3. p. 176.*

Diospyros foliis oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoso-reticulatis, floribus axillaribus solitariis sessilibus. Linn. *suppl. p. 440. Syst. veg. ed. 14. p. 918.*

A Cl. Desfontaines.

Bacca (a.) subglobosa, depressa, simulque retusa, calyci reflexo quinquedentato insistens, glabra, corticata, dilute ferruginea, decemlocularis. Cortex coriaceus, tenuis, siccitate fragilis. Pulpa mollis. Semina (b. c.) ut in priore, cine-

cinerascentia. Albumen (d. e.) cartilagineum, album. Embryo ut in antecedente, cotyledonibus cordato-acuminatis.

DIOSPYROS rubra. ibid.

Bois d'Ebene rouge. Collect. Delessert.

Bacca (a. b.) ovata, l. ovato-oblonga, in vertice mucronulata, calyci plano crassiusculo quinquedentato insidens, corticata, glabra, lutescens, decemlocularis. Semina (c. d.) ut in prioribus, sed magis elongata, fusca. Albumen (d. e.) cartilagineum, album. Embryo ut in prioribus, cotyledonibus ellypticis obtusis.

DIOSPYROS virginiana. Tab. 207. fig. 3.

Guajacana loto arbori affinis virginiana Pishamia dicta. PLUKN. *alm. 180. t. 244. f. 5.*

Guajacana. CATESB. *car. 2. p. 76. t. 76.*

Diospyros floribus dioicis. GRON. *virg. 156.*

Diospyros foliorum paginis concoloribus. LINN. *hort. cliff. 149. Spec. pl. 1510. Syst. veg. ed. 14. p. 918.* ROEMER & USTERI *diar. bot. 11. p. 38.* MILL. *ic. t. 126.*

Diospyros foliis longe petiolatis, oblongo-ovalibus, acuminatis, subtus pubentibus. MICH. *flor. bor. amer. 2. p. 258.*

Ex dono amicissimi D[ni] DUPUIS.

Bacca (a. b.) ovata, in vertice mucrone parvo instructa, basi calyce quadrifido vestita, carnosa, glabra, octolocularis. Caro firma, epidermide tenui vestita. Semina (c.) ovata, lenticulari-compressa, livida. Albumen (d.) ad verticem semine paulo angustius, lectulo lato pro embryone instructum, carnosum, durum, l. subcartilagineum, sordide pallidum. Embryo (E.) inversus, ab axi baccæ vix declinis, albus. *Cotyl.* cordatæ, obtusæ, nervo valido intermedio percursæ. *Rad.* cotyledonibus paulo-longior, clavata, conice acuminata.

DIOSPYROS tetrasperma. Tab. 208.

Diospyros foliis membranaceis cuneiformibus nitidis, baccis seminibus quatuor. SWARZ *prod. p. 62. Fl. ind. occid. 2. p. 678.*

Percontonobouly. Collect. Delessert.

Bacca (a. b.) globosa, l. ovato-globosa, apice mucronulata, calyci quinquepartito laciniis margine dentatis undulatis reflexis instructo insidens, corticata, glabra, quadrilocularis. Cotex coriaceus. Pulpa vasis nutrientibus inter-

intermixta. Loculamentorum unum vel duo abortire solent, relictis rimis inanibus. Semina (c.) ovato-oblonga, rotundato-cuneiformia, ad verticem mucronatum umbilicata, linea depressa circumcincta, glabra, fusca. Integ. duplex: *exterius* testaceum, fragile, intus eminentiis papillaribus exasperatum; *interius* membranaceum, tenuissimum. Albumen (d.) ad apicem truncatum, hinc semine paulo angustius, lectulo embryonis maximo excavatum, radiato-striatum quasi fibrosum, carnosum, album. Emb. . . .

Embryopteridi fortasse congener est hæc species; alii, quibus semina matura inspiciendi occasio est, dubium solvant.

106. CIPONIMA.

Aubl. *guian. t.* 226. Juss. *gen. p.* 157.

Cal. quinquefidus, villosus, semi-superus, basi bracteis munitus. Cor. monopetala, tubulosa: tubo sub divisuris limbi paulum coarctato; limbo quinquepartito, patente. Stam. plurima; filamentis supra faucem corollæ duplici serie insertis, basi coalitis; antheris bilocularibus, subrotundis. Ovar. semiinferum; stylo subulato, villoso; stigmate capitato. Drupa semi-infera, putamine quadriloculari. Sem. quatuor, subulata, supra basin strumosa. Alb. carnosum. Emb. erectus, filiformis; rad. longissima, obtusa, infera.

Ciponima guianensis. Tab. 209. fig. 1.

Symplocos pedunculis multifloris, foliis integris subtus villosis. L'Herit. *Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 175. Willd. *spec. pl. T.* 3. *P.* 1. *p.* 1435. Persoon *syn.* 2. *p.* 74.

Ciponima guianensis. Aubl. *guian.* 1. *p.* 567. Cavan. *diss.* 7. *p.* 371. *t.* 217.

Ex dono amicissimi D[ni] Dupuis.

Per. Drupa ovato-oblonga, sursum paulo attenuata, semi-infera, l. calyce per maturitatem inæquali & cum carne continuo infra verticem cincta, glabra, atropurpurea. Caro tenuis, pulposa. Putamen ovatum, ad basin paululum coarctatum, derasum, a vasorum impressionibus longitudinaliter striatum, durum, osseum, quadriloculare. Loculamenta ex substantia magis colorata & duriore formata, sed cum putamine ipso intime conferruminata, oblonga, ex fundo acuminato ampliata & dein rursus angustata, lævigata.

Rec. nullum; semina loculamentorum fundo affixa.

Sem. solitaria, ex acuminata basi incrassata, l. strumosa, sursum vero subulata, erecta, fusca.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album.

EMB. teretiuſculus, erectus, albus. *Cotyl.* breviſſimæ, acutæ, divergentes. *Rad.* longa, teretiuſcula, curvula, verſus baſin incraſſata, l. ſubclavata, obtuſa, inſera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem transverſe ſecta. c.) Putamen ſeparatum. d.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura loculamentorum. e. E.) Semen ſolutum. f.) Ejusdem ſectio transverſalis. g. G.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſeparatus.

In nullo exemplorum noſtrorum putamen obſervavimus quinqueloculare, nec obliterati loculamenti quinti in ullo aderat veſtigium; an itaque noſtra ſtirps ab illa Cll. virorum, JUSSIEU & L'HERITIER, genere diverſa?

Ob ſeminum fabricam diverſam & embryonis ſitum contrarium, Ciponimam cum Hopea combinari non poſſe luculenter apparet.

107. HOPEA.

LINN. *mant.* 1270. *gen. ed. Schreb.* 1222. JUSS. *gen. p.* 157.

Cal. monophyllus, quinquefidus, ſuperus, perſiſtens. Cor. pentapetala, baſi ſtaminum faſciculis connexa. Stam. plurima; filamenta in quinque faſciculos baſi connata, corolla longiora; antheræ quadrangulares. Ovar. ſemiinferum; ſtylo ſenſim incraſſato, perſiſtente; ſtigmate ſimplici, oblique depreſſo. Drupa ſemi-infera, a calyce perſiſtente obvolucrata, putamine triloculari. Semina ſolitaria, nucleo diſſimili. Alb. carnoſum. Emb. inverſus.

HOPEA tinctoria. Tab. 209. fig. 2.

Arbor lauri folio, floribus ex foliorum alis. CATESB. *carol. 1. p. 54. t. 54.*

Symplocos floribus confertis ſeſſilibus, foliis glaucinis. L'HERIT. *Act. Soc. Linn. Lond. 1. p. 176.* WILLD. *ſpec. pl. T. 3. P. 2. p. 1436.*

Hopea. LINN. *mant. p. 105. Syſt. veg. ed. 14. p. 699.* PERSOON *ſyn. 2. p. 72.*

E collect. Cl. DESFONTAINES.

PER. Drupa parva, ovata l. elliptica, ſemiinfera, l. immerſa, vertice tantum e calycis dentibus obtuſis prominula, e viridi luteſcens, l. glauca. Caro tenuis, putamini adnata. Putamen ellipticum, craſſiuſculum, oſſeum, triloculare. Loculamenta ſemielliptica, ſurſum acuminata, duo plerumque abortientia, relictis rimis inanibus. Diſſepimenta membranacea.

REC.

Reç. nullum.

Sem. in singulo loculamento singulum, (duobus vero ut plurimum abortantibus,) semiovatum, ad basin obtusum crassiusculum, sursum attenuatum & acuminatum, in dorso convexum, ad latera planiusculum & obtuse cuneatum, fuscum.

Int. duplex: *exterius* (*arillus*) nucleum laxe involvens, saccatum, crassum, carnoso-coriaceum; *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini arcte adnatum, ad ambas extremitates in ansas filiformes fundo & apici integumenti externi insertas protractum.

Alb. semine multo angustius, & illi forma plane dissimile, oblongum, sub vertice acuto gibbo incrassatum, carnosum, album.

Emb. tereti-oblongus, curvulus, vertice albuminis paulo propior, quam ipsius basi, levissime declinis, inversus, albus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ, accumbentes. *Rad.* longa, teres, obtusa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Drupa integra, naturali & aucta magnitudine. B.) Eadem a vertice visa, cum calycis dentibus persistentibus. C.) Ejusdem sectio transversalis. D.) Eadem cum putamine longitudinaliter dissecta. e. E.) Semen separatum. F.) Idem transverse sectum. G.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum nucleo in situ. H.) Albumen verticali modo dissectum, & embryonis situs naturalis itra illud. I.) Embryo solutus, insigniter auctus.]

108. SYMPLOCOS.

Linn. *gen.* 677. *ed. Schreb.* 1223. Juss. *gen. p.* 157. Swarz *obs. t.* 7.

Cal. monophyllus, superus, quinquefidus, ad basin bracteis foliaceis instructus. Cor. monopetala; tubo brevi; limbo 5 — l. 8 — fido: laciniis æqualibus, patentibus, reflexis. Stam. plurima; filamentis subulatis, erectis, exsertis, corollæ supra basin quadruplici serie insertis; antheris erectis, quadrilocularibus. Ovar. inferum; stylo simplici, longitudine staminum; stigmate quinquelobo. Drupa semiinfera, exsucca. Putamen quinqueloculare. Sem. solitaria. Alb. . . . Emb. . . .

Symplocos martinicensis. Tab. 209. fig. 3.

Symplocos. Jacq. *amer. p. 166.* Linn. *spec. pl. p. 747. Syst. veg. ed. 14. p. 699.*

Symplocos pedunculis subracemosis, foliis glaberrimis crenulatis. L'Herit. *Act. Soc. Linn. Lond. 1. p. 175.* Willd. *spec. pl. T. 3. P. 2. p. 1435.* Persoon *syn. 2. p. 74.*

Icon.

Icon. JACQ. *amer. pict. t. 261. f. 41.* SWARZ l. c.
Ex collectione Banksiana.

PER. Drupa obovato-oblonga, sursum incrassata, obtusissima, styli reliquiis fastigiata, semiinfera, e calycis dentibus obtusis ciliatis vertice tantum prominula, obsoletissime rotundato-pentagona, rufescens. Caro tenuis, firma, per maturitatem coriacea, exsucca. Putamen figura drupæ, in vertice mucronulatum, osseum, quinqueloculare; loculamenta oblonga, ex substantia duriore quam putamen ipsum compaginata, & inter se conferruminata, relicto canali angulato in putaminis axi pro ascensu vasorum nutrientium.

REC. nullum.

SEM. solitaria, oblonga, in dorso convexa, ad latera planiuscula, & versus ventrem cuneata, rufescentia, l. ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. B.) Eadem a vertice visa. c.) Sectio ejusdem transversalis, cum situ loculamentorum. d.) Eadem longitudinaliter dissecta. e.) Semen solutum. f.) Idem transverse sectum.

Icon fructus a Cel. SWARZ l. c. tradita, a nostra recedit. Ob embryonis defectum nondum plane liquet, (nisi diversum loculamentorum numerum respiciamus,) an Symplocos cum Ciponima genere sit jungenda.

109. ITEA.

LINN. *gen.* 275. *ed. Schreb.* 381. JUSS. *gen. p.* 159. LAMARCK *ill. gen. t.* 147. Diconangia. MITCH. *gen.* 5.

Cal. quinquefidus, parvus, persistens. Cor. pentapetala; petalis summo calyci insertis, patentibus, deciduis. Stam. 5.; filamenta petalis breviora, subulata, cum petalis alterna, erecta; antheræ oblongæ, incumbentes. Ovar. superum; stylo cylindraceo, longitudine staminum; stigmate capitato, rotundo, convexo, sulco obsoletissimo transversali notato. Capsula parva, ovato-oblonga, in stylum persistentem attenuata, bilocularis, bivalvis. Rec. o. Sem. plura, subcordata. Alb. semine angustius, carnosum. Emb. erectus, curvulus, teres.

ITEA virginica. Tab. 209. fig. 4.

Itea

Itea foliis serratis. L'HERIT. *sert. angl. 1. p. 138.*

Itea foliis ovatis acutis serratis. SWARZ *prod. p. 151. Obs. bot. p. 94.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1146.*

Itea foliis oblongis, serratis: spicis pubentibus. MICH. *flor. bor. amer. 1. p. 157.* PERSOON *syn. 1. p. 175.*

Icon. TREW EHRET *t. 98.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Folliculi duo coaliti in capsulam ovato-oblongam, in stylum persistentem bipartibilem attenuatam, sulco longitudinali utrinque insculptam, calyci parvo insistentem, coriaceam, bilocularem, bivalvem. Valvulæ per sulcos vertice prius dehiscentes, in fructu immaturo marginibus inflexæ & duplicatæ dissepimentum formantes.

REC. nullum: semina margine interno valvularum ab utroque latere alternatim umbilicis horizontaliter affixa.

SEM. plura, 8. ad 12. in quovis loculamento, parva, subcordata, obtusa, compressiuscula, inæquabilia, dorso crassiora ab albumine longitudinaliter protuberante, umbilico minimo instructa, nitida, fusca.

INT. duplex: *exterius* testaceum, crassiusculum, fragile, reticulatum, nucleum ad dorsum fovens, laxiusculum; *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini adhærens, pallidum.

ALB. semine multo angustius, in dorso seminis locatum, tereti-oblongum, mucronulatum, carnosum, album.

EMB. centralis, erectus, tereti-oblongus, curvulus, albus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* longa, teretiuscula, recta, mucronulata, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra, non dehiscens. B.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ seminum. C.) Eadem dehiscens. D.) Valvula altera, cum seminibus in situ. e. E.) Semina soluta. F.) Semen medio transverse sectum. G.) Ejusdem sectio horizontalis cum situ nuclei. H.) Testa cum albumine verticaliter dissecta, cum situ embryonis. I.) Embryo solutus, valde auctus.

Stylus unicus sed facile bipartibilis, & cum folliculis continuus.

110. RHODORA.

LINN. *gen.* 547. *ed. Schreb.* 745. JUSS. *gen. p.* 159.
LAMARCK *ill. gen. t.* 363.

Cal. parvus, quinquedentatus, inferus. Cor. disco calycis adnata, irregularis, subbipetala, l. profundissime bifida: labio superiore angustiore, profunde 2 — l. 3 — partito; inferiore latiore, obtusissime bidentato. Stam. 10.; filamentis filiformibus, inæqualibus, declinatis, disco calycino insertis; antheris didymis, poro gemino supra dehiscentibus. Ovar. superum; stylo filiformi, declinato; stigmate capitato, quinquefido. Capsula oblique pyramidata, duplicata, quinquelocularis, quinquevalvis. Rec. columnare, quinquelobum. Sem. plurima, disco membranaceo cincta. Alb. carnosum. Emb. curvulus, centripetus.

RHODORA canadensis. Tab. 209. fig. 5.

Chamaerhodendros. DUHAM. *sem. app. p.* 10. *t.* 27. *f.* 2.

Rhodora. LINN. *spec. pl. p.* 561. *ed. Willd. T.* 2. *P.* 1. *p.* 603. PERSOON *syn.* 1. *p.* 477.

Icon. L'HERIT. *stirp. nov.* 1. *t.* 68.

Ex collectione Banksiana.

PER. Capsula oblongo-pyramidata, oblique l. ad basin lateris externi ventricosa, rotundato-pentagona, ex duabus laminis conferruminata: *exteriore* coriacea, tenui; *interiore* chartacea; quinquelocularis, quinquevalvis. Dissepimenta ex valvularum marginibus inflexis & in receptaculi sulcis productis formata.

REC. columnare, pyramidatum, in stylum persistentem excurrens, fungosum; quinquelobum: lobi hinc rotundati, inde axim versus cuneati, & ibi coaliti, intra loculamenta alte prominentes, quibus semina sursum imbricata & quasi verticaliter defluentia umbilicis adhærent.

SEM. numerosa, parva, oblonga, compressa, inversa, margine membranaceo inæquali cincta, nucleo in medio protuberante & ad extremitatem superiorem umbilico ferrugineo minimo immerso notata, pallide fusca.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, reticulato-vasculosum, in marginem membranaceum ampliatum; *interius* tenuissimum, arachnoideum, albumini arcte adnatum.

ALB. semine multo angustius, ovato-oblongum, utrinque in apiculam coloratiorem minimamque productum, lenticulari-convexum, l. hinc convexum inde planiusculum, carnosum, album.

EMB. filiformis, minimus, curvulus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* longa, conica, umbilico obversa, centripeta.

EXPLI.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra, clauſa. b.) Eadem dehiſcens. C.) Sectio capſulæ transverſalis. d.) Semina ſoluta. D.) Eadem magnitudine aucta, nucleum in medio & umbilicum ſub vertice monſtrantia. E.) Semen transverſe ſectum. F.) Albumen ſeparatum. G.) Ejusdem ſectio verticalis, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

Rhodoram a Rhododendro genere vix eſſe diverſam, tam ex anthologicis quam carpologicis patet.

III. MENZIESIA.

SMITH *ic. ined. t.* 56. LAMARCK *ill. gen. t.* 285.

Cal. parvus, monophyllus, planiuſculus, quadridentatus, inferus, perſiſtens. Cor. monopetala, ovata, ſubcampanulata; tubo ad medium ventricoſo; limbo quadridentato. Stam. octo, corolla paulo breviora; filamenta ſubulata, in ipſo angulo inſertionis corollæ affixa, conniventia; antheræ rectæ, oblongæ, didymæ. Ovar. ſuperum; ſtylus ſimplex, ſtaminibus paulo longior, rectus, tetragonus; ſtigma capitatum, quadrilobum. Capſ. obovata, ſupera, quadrilocularis, quadrivalvis. Rec. columnare, quadrilobum. Alb. carnoſum. Emb. linearis, compreſſiuſculus; rad. centripeta.

MENZIESIA ferruginea. Tab. 209. fig. 6.

Menzieſia. SMITH l. c. *p.* 56. LAMARCK *dict.* 4. *p.* 115. WILLD. *ſpec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 355.

Menzieſia floribus foliisque terminalibus, faſciculatis, lanceolatis, planis, ſubtus laevibus. JUSS. *act. hiſt. nat. muſ. pariſ.* 1. *p.* 55. PERSOON *ſyn.* 1. *p.* 419.

Ex collectione Bankſiana.

PER. Capſula parva, obovata, apice mucronata & ſtylo perſiſtente faſtigiata, verſus baſin paulum attenuata, calyci perſiſtenti parvo pubeſcenti inſiſtens; rotundato-tetragona, coriacea, rufeſcens, quadrilocularis, quadrivalvis. Diſſepimenta duplicata, a valvularum marginibus inflexis & ad angulos receptaculi pertingentibus formata.

REC. columnare, oblongum, quadrilobum, cum ſtylo tetragono perſiſtente continuum, ſungoſum, cui ſemina ſurſum imbricata umbilicis adhærent.

SEM. numeroſa, ſcobiformia, hinc convexa, inde planiuſcula, umbilico pervio notata, ferruginea.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, laxiuſculum, reticulato-vaſculoſum; *interius* tenuiſſimum, adnatum.

Alb. ſemine paulo anguſtius, ovatum, deorſum acuminatum, apice mucronulatum, hinc lenticulari-convexum, inde planiuſculum, carnoſum, album.

Emb. rectus, linearis, curvulus, compreſſiuſculus, albus. *Cotyl.* breviſſimæ, incumbentes. *Rad.* longa, linearis, obtuſa, umbilico obverſa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Capſula integra, ſtylo perſiſtente orbata, non dehiſcens. b.) Eadem dehiſcens. C.) Ejusdem ſectio transverſalis. d. D.) Semina ſoluta. E.) Nucleus ſeparatus. F.) Albumen transverſe ſectum. G.) Embryonis ſitus intra albumen. H.) Embryo ſolutus.

Semina Menzieſiæ uti plurimarum Rhodoracearum oleo unguinoſo ſcatent.

112. BEFARIA. Mutis.

Linn. *mant. p.* 152. *gen. ed. Schreb.* 811. Juss. *gen. p.* 159.

Cal. monophyllus, ſubcampanulatus, ſeptemdentatus, inferus, perſiſtens. Cor. petala ſeptem, in ipſo angulo calycis & ovarii inſerta, calycem multo ſuperantia. Stam. 14. filamenta eodem loco cum petalis inſerta, ſeptem alterna breviora, omnia infra pubeſcentia; antheræ oblongæ, incumbentes, verſatiles. Ovar. ſuperum; ſtylo tereti, perſiſtente, longitudine ſtaminum; ſtigmate capitato, ſeptempartito. Capſ. ſubgloboſa, rotundato-heptagona, ſeptemlocularis, ſeptemvalvis. Rec. fungoſum, ſubgloboſum, ſeptemlobatum. Sem. numeroſa. Alb. carnoſum. Emb. . . .

Befaria æſtuans. Tab. 209. fig. 7.

Befaria. Linn. *mant. p.* 242.

Befaria foliis lanceolatis, ſubtus tomentoſis, floribus racemoſis. Linn. *ſuppl. p.* 247. *Syſt. veg. p.* 443. Willd. *ſpec. pl. T.* 2. *P.* 2. *p.* 847. Persoon *ſyn.* 2. *p.* 3.

Icon. Mutis *amer.* 1. *t.* 7.

Ex collectione Cl. Desfontaines & ex dono Cl. Ventenat.

Per. Capſula ſubgloboſa, granum piperis magnitudine paulum excedens, in vertice parum depreſſa, & circulo calloſo notata, ſtylo perſiſtente faſtigiata, ad baſin vero a calyce ſeptemdentato excepta, rotundato-heptagona, ex duabus laminis conferruminata: *exteriore* tenuiore, coriacea; *interiore* craſſiore, chartacea l. ſuboſſea; ſeptemlocularis, ſeptemvalvis. Diſſepimenta duplicata a valvularum marginibus inflexis & ad axem usque productis formata.

Rec.

Rec. columnare, globosum, stylo persistente fastigiatum, fungosum, septemlobatum; lobi cuneiformes, intra loculamenta alte prominentes, quibus semina sursum imbricata umbilicis adhærent.

Sem. numerosa, oblonga, ad extremitatem superiorem umbilico instructa, pallida.

Int. duplex: *exterius* membranaceum, laxum; *interius* tenuissimum, albumini adnatum.

Alb. semine paulo angustius, oblongum, carnosum, album.

Emb.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra. b.) Eadem medio transverse secta. c. C.) Semina soluta.

113. CYRILLA.

Linn. *gen. ed. Schreb.* 380. Juss. *gen. p.* 160.

Cal. minutus, quinquepartitus, persistens. Cor. pentapetala; petalis basi valde approximatis, imo calyci insertis. Stam. 5. filamenta cum petalis alterna, setacea; antheræ subcordatæ, incumbentes. Ovar. superum; stylus simplex, brevis, persistens; stigmata duo, l. rarius tria, obtusa. Capsula pusilla, ovato-pyramidata, bi-l. rarius tri-locularis, evalvis. Rec. nullum. Sem. solitaria, ovato-oblonga, axipendula. Alb. . . . Emb. . . .

Cyrilla caroliniana. Tab. 209. fig. 8.

Itea foliis integerrimis. L'Herit. *stirp. nov. 1. p. 137. t. 66.* Swarz *obs. p. 94. t.* 4. (male si nostra.)

Cyrilla. Linn. *mant. p. 50. Syst. veg. ed. 14. p. 241.* Jacq. *coll. 1. p. 162. Icon. rar. 1. t. 47.*

Cyrilla foliis cuneato-lanceolatis, acutis, membranaceis nervillosis; spicis gracilibus; petalis pedicello longioribus. Mich. *flor. bor. amer. 1. p. 158.* Persoon *syn. 1. p. 175.*

Ex collectione Cl. Desfontaines & ex dono Cl. Ventenat.

Per. Capsula pusilla, fungosa l. subbaccata, subglobosa, ovata, l. ovato-pyramidata, hinc calyci insistens, inde stylo fastigiata, leviter bi-l. trisulcata, lævigata, straminea l. pallide fusca, bi-l. rarius trilocularis, evalvis. Loculamenta membranacea, sursum ovato-acuminata, compressiuscula, lævigata.

Rec. nullum; semina funiculis umbilicalibus brevissimis in summo loculamentorum apice ad axem capsulæ affixa.

SEM. solitaria, I. in quovis loculamento singulum, axipendulum, ovato-oblongum, compressiusculum.

INT. . . .

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra. B.) Eadem trilocularis, medio transverse dissecta. C.) Ejusdem bilocularis sectio transversalis. D.) Eadem secundum suturam verticali modo bipartita, cum loculamentis & semine in situ.

ARDISIA. Conf. Carpol. Vol. II. p. 78.

ARDISIA lanceolata. Tab. 210. fig. 1.

Ex collectione Banksiana.

Drupa (a. A.) minima, cordata, sulco intermedio bipartita, stylo persistente fastigiata, calyci bracteis parvis munito insistens, purpurea. Caro tenuis. Putamen (B.) osseum, biloculare. Loculamenta (C.) obovata, apice a vasis umbilicalibus in axi fructus adscendentibus perterebrata. Sem. . . . Int. . . . Alb. . . . Emb. . . .

ARDISIA ruficarpa. ibid.

Ex collectione Cl. LAMBERT, cum sequente. Habitant in Nova Hollandia.

Drupa (a. b. c.) supera, baccata, parva, sphærica, apice stylo brevissimo mucronata, rufescens. Caro crassa, firma, vasis fibrosis intermixta. Putamen (D. E.) osseum, globosum, utrinque mucronulatum, scabriusculum, lineis quinque longitudinalibus striatum, quinqueloculare. Loculamenta (F.) ovato-oblonga, apice a funiculo umbilicali perforata. Rec. nullum; nisi funiculum umbilicalem brevem apici seminis insertum sumas, qui per dorsum seminis cum integumento conferruminatus ad basin seminis descendit & ibi in umbilicum mucronulatum abit. Semina (g. G.) in singulo loculamento singulum, ovato-oblongum, ad dorsum magis curvatum, ventre rectiusculum, inversum, pallidum. Integumentum simplex, membranaceum, tenue, ad basin seminis *chalaza* tuberculari instructum. Albumen (H. I.) semini conforme, crassiusculum, carnosum, album. Embryo (K.) teretiusculus, inversus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* longa, conico-tereticuscula, supera.

ARDI-

Ardisia montana. ibid.

Drupa (a. b.) ficca, a calyce pentaphyllo fcariofo involucrata, parva, ovata, pentagona. Caro tenuis, adnata. Putamen (c. D.) drupæ conforme, fubolfeum, quinqueloculare. Loculamenta oblonga, lævigata, angulis exterioribus obverfa. Sem. (c.) folitaria oblonga, inverfa. Alb. . . . Emb. . . .

Calyx maximus, bafi ftipulis pluribus ovatis obtufiufculis adpreffis munitus, pentaphyllus, cum fructu increfcens; foliolis lanceolatis, acutis, fcariofis, conniventibus.

Ardisia procumbens. ibid.

Ventenatia caule fruticofo procumbente, foliis lineari-lanceolatis imbricatis ciliatis, floribus axillaribus folitariis. Cav. *ic.* 4. *p.* 28. *t.* 349. *f.* 1.

Styphelia procumbens. Persoon *fyn. ic. p.* 174.

Ex collectione Cl. Desfontaines.

Drupa (a. b. B. C.) parva, ficca, vertice tantum e calyce obvolucrante prominula, obovata, bafin verfus anguftata, pentagona, vertice obtufiffima. Caro valde tenuis, membranacea. Putamen offeum, quinqueloculare. Semina (d.) oblonga, folitaria, axipendula, inverfa, ferruginea. Alb. . . . Emb. . . .

In pluribus drupis, quæ diffecare mihi licuit, femina femper inveni folitaria, nec unquam ovuli abortivi veftigium detexi; loculamentorum quidem unum vel alterum nonunquam penitus obliteratur.

114. ARGOPHYLLUM.

Forst. *char. gen. t.* 15. Linn. *fuppl. p.* 22. *gen. pl. ed. Schreb.* 393. Juss. *gen. p.* 161. Lamarck *ill. gen. t.* 111.

Cal. monophyllus, turbinatus, (quinque - *Forft.*) fex - dentatus, inferus. Cor. duplicata, parte exteriore (f. l.) fex-fida: laciniis anguftis, calyce multo longioribus, patenti-reflexis; parte interiore tubulofa, pyramidato-truncata, (f. l.) hexagona, ad bafin integerrima, limbo autem fere ad medium ufque fimbriata. Stam. (f. l.) 6.; filamentis fubulatis, in ipfo angulo tubi infertis; antheris erectis, ovatis, bilocularibus. Ovar. femiinferum; ftylo fimplici; ftigmate capitato. Capfula femiinfera, depreffiufcula, trilocularis, trivalvis; diffepimenta valvis contraria. Rec. diffepimentis adnata. Sem. numerofa, rotundato-angulata. Alb. carnofum. Emb. .

Argophyllum nitidum. Tab. 210. fig. 2.

Argophyllum. FORST. *char. gen. p. 30.* LINN. *suppl. p. 156. Syst. veg. ed. 14. p. 242.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1178.* PERSOON *syn. 1. p. 175.*

Ab Cl. LA BILLARDIERE.

PER. Capsula parva, semisupera, a calyce sexdentato adnato amplexata, depresso-pyramidata, obsoletissime rotundato-trigona, apice tribus sulcis insculpta & stylo persistente fastigiata, coriacea, fusca, trilocularis, trivalvis, ab apice per sulcos dehiscens. Dissepimenta coriaceo-membranacea, valvis contraria, mediis valvis adnata.

REC. margo dissepimentorum internus, rotundato-incrassatus, pubescens a funiculis umbilicalibus brevissimis, quibus semina umbilicis adhærent.

SEM. numerosa, rotundato-angulata, cuneiformi-pyramidata, l. oblonga, ab adjacentibus hinc inde planiuscula, umbilico minimo protuberante notata, centripeta, ferruginea l. fusca.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, reticulato-vasculosum; *interius* tenuissimum, adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. - - -

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. b. C.) Capsula integra. D.) Eadem medio transverse secta, cum situ dissepimentorum. e. E.) Semina soluta.

115. ERYTHRORHIZA.

MICHAUX *flor. bor. amer. 2. p. 34.*

Cal. monophyllus, parvus, quinquepartitus, persistens. Cor. pentapetala; petalis basi connexis & ad basin ovarii cum staminibus calyci insertis, superne patentiusculis. Stam. 10., monadelpha, quorum quinque alterna longiora antheris destituta, quinque breviora antherifera; filamenta petalis breviora, sterilia setacea, fertilia autem paulo obesiora. Ovar. superum; stylo vix ullo; stigmate subsessili, capitato, sulcis tripartito. Capsula minima, ovato-pyramidata, trilocularis, trivalvis. Rec. nullum. Sem. plura, imbricata. Alb. carnosum. Emb. teretiusculus, curvulus, rad. centripeta.

ERYTHRORHIZA rotundifolia. Tab. 210. fig. 3.

Anonymos s. Belvedere. CLAYT. *n. 4.* GRON. *virg. p. 25.*

Solanandra cordifolia. VENT. *hort. malm. p. 69.* PERSOON *syn. 2. p. 215.*

Ery-

Erythrorhiza glaberrima; foliis orbiculato-reniformibus, dentatis; spica longissima. MICH. *fl. bor. amer. 2. p. 36. t. 36.*

Ex collectione Banksiana.

PER. Capsula minima, a calyce persistente supra medium prehensa, ovato-pyramidata, rotundato-triquetra, trisulca, coriacea, lutescens, trilocularis, trivalvis. Valvulæ ab apice ad medium usque elastice dehiscentes, medio septigeræ; dissepimenta sulcis externis obversa, coriaceo-membranacea, in axi fructus coadunata.

REC. nullum; semina cristæ angustissimæ ad angulum dissepimentorum internum sitæ umbilicis affixa, arcte sibi incumbentia.

SEM. plura, 15—20. in quovis loculamento, angulata, hinc rotundata, inde cuneiformia, l. ab incumbentibus hinc inde versus umbilicum cuneiformi-compressa, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, vasculoso-reticulatum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. rectus, teretiusculus, curvulus, albus. *Cotyl.* obtusæ, minimæ. *Rad.* longa, conica, curvula, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra B.) Eadem apice dehiscens. C.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ dissepimentorum. D.) Valvula separata, cum seminibus in situ. e. E.) Semina separata. F.) Albuminis sectio transversalis. G.) Idem longitudinaliter sectum, cum situ embryonis. H.) Embryo separatus.

Si characteri *Galacis aphyllae*, a Linnæo prolato, fides habenda est; duo hæc genera quam maxime ab invicem diversa sunt. Michauxii, qui prior plantæ nomen imposuit, denominationem retinui, donec de vero Galacis charactere certiora innotescant.

116. BAEOBOTRYS.

FORST. *char. t.* 11. SCHREB. *gen.* 318. LAMARCK *ill. gen. t.* 111. Maesa. FORSK. *desc. p.* 66. JUSS. *gen. p.* 161.

Cal. monophyllus, adnatus, semi-superus, quinquedentatus, basi stipulis duabus minimis instructus. Cor. monopetala, subcampanulata; tubo brevi, paulo sub calycis divisura huic inserto; limbo quinquepartito, hiante. Stam. 5.; filamentis brevissimis, paulo supra basin tubi insertis; antheris cordatis. Ovar. semiinferum; stylo simplici brevi; stigmate capitato, sulco levi bipartito.

tito. Bacca ſicca, ſemiſupera, unilocularis. Rec. pedicellatum, carnoſum. Sem. numeroſa, baccata. Alb. carnoſum. Emb. . . .

BAEOBOTRYS lanceolata. Tab. 210. fig. 4.

Baeobotrys foliis lanceolatis ſerratis. VAHL *ſymb. bot. 1. p. 19.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 993.* PERSOON *ſyn. 1. p. 175.*

Icon VAHL l. c. *t. 6.*

Ex collectione Bankſiana.

PER. Bacca ſicca, parva, globoſa, ſemi-infera, a calyce nempe quinquedentato fere uſque ad verticem cum capſula connato veſtita, ſtylo & ſtigmate perſiſtentibus faſtigiata, unilocularis, polyſperma.

REC. ex axi capſulæ pedicellatum, globoſum, baccatum, l. carnoſum, ſemina in peripheria pulpa obducta & arcte ſibi invicem approximata gerens.

SEM. numeroſa, minutula, ovata l. ovato-oblonga, hinc inde ab adjacentibus compreſſa, fuſca.

INT. ſimplex, membranaceum, tenue, albumini adnatum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, ſubrufum.

EMB. . . .

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Bacca integra. C.) Eadem longitudinaliter diſſecta, cum ſitu & figura receptaculi. D.) Ejusdem ſectio transverſalis, cum ſitu ſeminum. e. E.) Semina ſeparata.

117. HUDSONIA.

LINN. *mant. p. 11. gen. ed. Schreb.* 822. JUSS. *gen. p.* 162.

Cal. monophyllus, cylindraceo-infundibuliformis hirtus, tripartitus: laciniis concavis, ſubinflexis, nonunquam una l. altera iterum partita. Cor. nulla, niſi calycem velis. Stam. 12—18., longitudine fere calycis; filamentis ſetaceis, apice fuſiformi-ſubulatis, infra ovarium inſertis; antheris ſubrotundis, compreſſis, erectis. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, longitudine ſtaminum; ſtigmate obtuſo. Capſula ovato-oblonga, unilocularis, trivalvis. Rec. funiculus umbilicalis brevis. Sem. tria, angulata. Alb. carnoſum. Emb. . . .

HUDSONIA ericoides. Tab. 210. fig. 5.

Ericaeformis ſuffrutex virginianus, floribus exiguis, vaſculo ſeminali oblongo trivariam diviſo. PLUKN. *mant. p. 88.*

Hudſo-

Hudsonia. Linn. *mant. p.* 74. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 445. Willd. *spec. pl. T.* 2. *P.* 2. *p.* 858. Persoon *syn.* 2. *p.* 6.

Icon. Berg. *act. holm.* 1778. *p.* 18. *t.* 2. *ed. germ. Vol.* 40. *p.* 18. *t.* 1. Lamarck *ill. gen. t.* 407. (figuræ pessimæ.)

Ex collectione Banksiana.

Per. Capsula minima, ovato-oblonga, intra calycem persistentem abscondita, extus setulis albidis hirta, intus glabra, unilocularis, trivalvis. Valvæ membranaceæ, tenues, nervo medio notatæ.

Rec. funiculi umbilicales breves, quorum ope semina basibus fundo capsulæ adhærent.

Sem. tria minima, angulata, hinc rotundata, inde ad latera plana cuneata, basi truncata & ad partem crassiorem umbilico parvo exserto in funiculum umbilicalem abeunte instructa, glabra, ferruginea.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, fragile, tenue; *interius* membranaceum, tenuissimum, adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. . . .

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Calyx integer. C.) Ovarium, cum staminibus in situ. D.) Stamen separatum, integrum. E.) Filamentum absque anthera. F.) Capsula integra dehiscens. g. G.) Semina separata, funiculo umbilicali stipata.

Ne minimum pelatorum vestigium nec ullum ipsorum rudimentum in meis exemplis detegere valui; hinc suspicor, corollam aut quam maxime esse fugacem, aut nullam plane adesse; uti jam pridem statuit Linnæus.

118. ERIOSTEMON.

Smith *Act. Soc. Linn. Lond.* 4. *p.* 221.

Cal. parvus, monophyllus, urceolatus, quinquepartitus, inferus; laciniæ ovatæ, obtusæ, erectæ, margine ciliatæ, persistentes. Cor. calyce multo major, pentapetala; petalis ovatis, obtusis, pubescentibus, infra ovarium in angulo calycis insertis. Stam. 10. petalis breviora; filamentis linearibus, sigmoideo-curvatis, compressis, infra ovarium ubi petala insertis; antheris ovatis, erectis, setula ad curvaturam filamentorum superiorem affixis, bilocularibus. Ovar. superum, pentagonum; stylus simplex, pubescens, e basi ovarii assurgens, longitudine staminum; stigma capitatum. Cocculi 5. corticati, basi coaliti. Sem. in quovis loculo gemina (altero autem plerumque abortiente), umbilico exserto prædita. Alb. carnosum. Emb. inversus, curvatus, teres.

ERIOSTEMON lanceolatum. Tab. 210. fig. 6.

Eriostemon foliis lanceolatis subrugosis. SMITH l. c. PERSOON *syn.* 1. *p.* 465. E collectione Banksiana.

PER. Capsula supera, calyce persistente vestita, ex cocculis quinque corticatis ad basin inter se coalitis composita. Cortex coriaceus, subovatus, ad apicem oblique truncatus, compressiusculus, rufescens, extus scrobiculato punctatus, intus vasis ad latus internum adscendentibus eleganter pictus. Cocculi subovati, compressiusculi, sursum attenuati, deorsum acuminati, ad ventrem foramine ovato hiantes, albi.

REC. nullum; nisi umbilicum appendiculatum e cocculis prominulum & in proprio lectulo corticis situm sumas.

SEM. in ovariis virgineis bina, rarissime tamen maturantia, altero enim frequentissime abortivo; maturans reniforme, ad hilum planiusculum, nitidum, atro-fuscum, umbilicatum.

Umbilicus appendiculatus, hilo seminis adnatus, fungosus, oblongus, apice truncatus emarginatus l. bicuspitatus, intus longitudinaliter sulcatus, pallidus.

INT. duplex: *exterius* testaceum, fragile, crassiusculum, fuscum; *interius* membranaceum, tenuissimum l. arachnoideum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, ad apicem compressiusculum, carnosum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, curvatus, filiformis, teres, inversus, lacteus. *Cotyl.* tertiam embryonis partem longitudine mentientes, arcuatæ, plano-convexæ, apice conice acuminatæ, incumbentes. *Rad.* longa, vix clavata, arcuata, obtusa, ab umbilico remota, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, non dehiscens. b.) Eadem dehiscens, cocculis & seminibus orbata. c.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Corticis facies interna. e.) Cocculus separatus, non dehiscens. f. g.) Idem dehiscens, a ventre & a dorso spectatus. h.) Seminis situs intra cocculum, cortice adhuc vestitum. i.) Semen solitarium, separatum. k.) Semina gemina, matura. l. m.) Umbilicus separatus, a facie interna & externa visus. n.) Albuminis situs intra testam. o.) Semen transverse sectum. P.) Embryonis situs intra albumen. Q.) Idem separatus.

119. CORREA.

SMITH *Act. Soc. Linn. Lond.* 4. *p.* 219. Mazeutoxeron. LA BILLARD. *it. t.* 17 & 18.

Cal. monophyllus, cupulatus, quadridentatus, inferus, persistens. Cor. tubulosa,

losa, tubo longo, infundibuliformi, subintegro, basi quadrivariam fisso, calyci inserto; fissuris in tubo iterum adglutinatis; limbo quadrifido; laciniis ovatis, acutis, patentiusculis. Stam. 8.; filamentis tubam superantibus, imo calyci cum corolla insertis, alternis longioribus linearibus, alternis paulo brevioribus ad basin membranaceis dilatatis; antheris mitræformibus, cordatis, l. oblongo-cordatis, incumbentibus, bilocularibus. Ovar. superum, pubescens, tetragonum; stylo simplici, setaceo, staminibus paulo breviore; stigmate simplici, acuta. Caps. coriacea, subquadriloba, quadrilocularis, tetracocca. Sem. gemina, reniformia. Alb. . . . Emb. . . .

CORREA reflexa.

Correa rufa. in Icone Tab. 210. fig. 7.

Mazeutoxeron reflexum. LA BILLARD. *Voy. à la rech. de la Peyrouse* 2. *p.* 11. *t.* 19.

Correa foliis ovatis reflexis, corollis cylindricis. VENT. *hort. malm. p.* 13. PERSOON *syn.* 1. *p.* 419.

A Cel. LA BILLARDIERE.

PER. Capsula subglobosa, á calyce supra medium arcte amplexata, villosa, sursum semiquadriloba, s. ex quatuor cocculis corticatis coadunatis conflata. Cortex coriaceus, ab apice intus cum cocculis dehiscens, basi calyci arcte adnatus. Cocculi chartacei, lutescentes, dispermi, per abortum vero plerumque monospermi.

REC. *commune* nullum; *proprium* funiculus umbilicalis brevis.

SEM. in unoquoque cocculo ante maturitatem gemina, quorum vero alterum ut plurimum abortat, hinc rarissime in cocculo singulo uno plura, quod e reniformi oblongum, ad hilum umbilico instructum, fuscum.

INT. duplex: *exterius* testaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenue, albumini adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra. b.) Eadem dehiscens. c.) Cocculus separatus dehiscens, cum semine in situ. d.) Idem a dorso visus. e.) Semina soluta. F.) Testa verticali modo dissecta. G.) Ejusdem sectio transversalis.

120. BORONIA.

SMITH *Act. Soc. Linn. Lond. Vol. 2. p. 350.*

Cal. parvus, quadrifidus, inferus, persistens: laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Cor. tetrapetala; petalis calyce multo majoribus, ovatis, concavis, apice obtuse mucronatis, persistentibus, & cum fructu grandescentibus. Nectarium coronatum. Stam. 4.; filamentis ciliatis, incurvis; antheris infra apicem filamentorum pedicellatis. Ovar. superum; stylo brevissimo; stigmate capitato. Caps. quadriloba, tetracocca; cocculis corticatis, dispermis. Sem. subovata. Alb. carnosum. Emb. erectus, oblongus.

BORONIA polygalæfolia. Tab. 211. fig. 1.

Habitat in Nova Hollandia. Ex collectione Cl. LAMBERT.

PER. Capsula parva, calyci persistenti insistens & petalis grandefactis involucrata, obovata, quadriloba, ex quatuor cocculis corticatis coadunatis conflata, rufescens. Cortex coriaceus, obovato-oblongus, lenticulari-compressus, apice mucronulatus. Cocculi compressiusculi, obovati, papyracei; lutescentes, dispermi.

REC. *commune* nullum: cocculi fundo & centro calycis adnati; *proprium*, funiculus umbilicalis communis per hilum cocculorum intrans, semina sibi imposita in situ erecto sustinet.

SEM. in quovis loculo gemina (nonunquam vero unum l. alterum abortat,) subglobosa, l. turgide lenticularia, basi ad umbilicum mucronulata, & ad ventrem apicem usque sulco acuto insignita, eminentiis minimis scabriuscula, fusca.

INT. duplex: *exterius* testaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenue, adnatum.

ALB. semini conforme, ad basin uti semina ipsa mucronulatum; carnosum, album.

EMB. obovato-oblongus, centralis, erectus, longitudine fere albuminis, albus. *Cotyl.* rectæ, ovatæ, plano-convexæ. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, recta, teretiuscula, conica, mucronulata, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Ramulus frugifer. B.) Capsula separata, dehiscens, calyce & corolla persistentibus vestita. C.) Cocculus integer, cum cortice. D.) Cocculi dehiscentis, a cortice liberati, facies interna. e. E.) Semina gemina, a cocculo soluta. F.) Semen separatum, a parte ventrali spectatum. G.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Embryonis situs intra albumen. I.) Idem solutus.

121. EMPLEURUM. Soland.

LAMARCK *ill. gen. t.* 86. JUSS. *gen. p.* 298.
SCHREB. *gen.* 1765.

Flores masculi a fœmineis discreti in eadem stirpe.

Cal. parvus, turbinatus, inæqualis, scrobiculato-glandulosus, quadridentatus, inferus, persistens. Cor. o. Stam. 4. exserta; filamentis subulatis, calycem superantibus; antheris magnis, erectis, subtetragonis, apice glandulosis, utrinque dehiscentibus. Ovar. superum, rostratum; stylo brevi, simplici, laterali; stigmate simplici. Folliculus oblongus, rostratus, monococcus; cocculo (per abortum seminis alterius) monospermo. Sem. ex oblongo reniforme, nitidum. Alb. carnosum. Emb. inversus, cotyledonibus imparibus, convolutis!

EMPLEURUM serrulatum. Tab. 211. fig. 2.

Diosma unicapsularis. LINN. *suppl. p.* 155.

Diosma (ensata,) foliis lanceolato-ensatis crenatis glabris, capsulis unilocularibus. THUNB. *prod. p.* 43.

Empleurum serrulatum. LAMARCK *dict.* 2. *p.* 340. AIT. *hort. Kew.* 3. *p.* 340. WILLD. *spec. pl. T.* 4. *P.* 1. *p.* 333.

Ex Collectione Banksiana, & ab amicissimo D[no] DECANDOLLE.

PER. Cocculus simplex, (rarissime geminus, AIT.) calyci persistenti parvo insidens, ovato-oblongus, compressiusculus, prope verticem in rostrum compressum lateralem elongatus, corticatus. Cortex folliculiformis, coriaceus, scrobiculato-punctatus, ad ventrem sub vertice dehiscens. Cocculus chartaceus, ex oblongo reniformis, loculamento corticis paulo brevior, compressiusculus l. lenticulari-convexus, ad ventrem hilo longo fenestrato notatus, naturaliter dispermus, per abortum vero seminis alterius frequentissime monospermus, lutescens.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e basi capsulæ assurgens & per hilum cocculorum intrans, semina in situ sustinet.

SEM. gemina, unum alteri impositum, quæ vero ambo rarissime ad maturitatem perveniunt, altero enim plerumque abortante; maturum exinde oblongo-reniforme, compressiusculum, lenticulari-convexum, umbilico exserto & ex hilo cocculi prominulo pallido insignitum, lævigatissimum, nitidum, atrum.

INT. duplex: *exterius* testaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum, adnatum.

ALB. semini conforme, tenue, carnosum, album.

EMB.

Emb. compressiusculus, oblongus, centralis, inversus, albus. *Cotyl.* oblongæ, carnosæ, spiraliter convolutæ, inæquales; altera rectiuscula, obtusa; altera angustiore & breviore, circum majorem voluta. *Rad.* parva, brevis, obtusa, umbilico externo proxima, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. b.) Capsula integra. c.) Eadem dehiscens. d.) Corticis sectio transversalis. e.) Cocculi non dehiscentis situs intra corticem. f.) Cocculus secundum suturam fissus, cum seminibus in situ. k.) Umbilicus separatus, cum funiculo umbilicali. g.) Semen medio transverse dissectum. h.) Ejusdem sectio verticalis, cum embryonis situ intra albumen. I.) Embryo solutus, ab utraque parte visus.

Nonnisi unicum semen hujus stirpis mihi dissecare licuit; alii itaque inquirant, num singularis embryonis situs atque forma, a reliquis ejusdem ordinis generibus quam maxime discrepans, secundum naturam semper sic se habeat.

122. MELIANTHUS.

Tourn. *inst.* 245. Linn. *gen.* 795. *ed. Schreb.* 1068. Juss. *gen. p.* 297. Lamarck *ill. gen. t.* 552.

Cal. magnus, coloratus, quinquefidus, persistens; laciniis inæqualibus, infima minima, deorsum gibba, cucullata, cava, glandulam nectariferam continente. Cor. pentapetala, quorum quatuor inferiora lanceolato-linearia, extra membranam glandulæ inserta, in medio lateribus connexa, apice vero & basi distincta; petalum quintum minimum aut his proximum, aut inter duas lacinias calycinas positum, margine incisum. Stam. 4.; filamenta duo superiora distincta; duo inferiora autem breviora, basi coalita; antheræ cordato-oblongæ, incumbentes. Ovar. superum; stylus simplex, subulatus, persistens; stigma quadrifidum: lacinula superiore majore. Capsula quadriloba, membranacea, subinflata, quadrilocularis. Rec. o. Sem. in quovis loculamento gemina, altero abortante. Alb. carnosum. Emb. . . .

Melianthus major. Tab. 211. fig. 3.

Melianthus africanus. Herm. *Lugdb.* 414. *t.* 415.

Melianthus stipulis solitariis petiolo adnatis, foliis glabris. Linn. *spec. pl. ed.* 3. *p.* 892. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 581. Willd. *spec. pl. T.* 3. *P.* 1. *p.* 402. Persoon *syn. pl.* 2. *p.* 182.

A Cel. Ventenat.

Per. Capsula supera, calycis laciniis persistentibus vestita, ovata, membranacea, subtilissime venosa, ad verticem profundissime incisa & sulcis longitudinalibus ad pedunculum decurrentibus inscripta, stylo persistente cum axi fructus continuo fastigiata, quadrilocularis, e viridi rufescens. Lobi margine compressi, intus in vertice dehiscentes. Loculamenta inflata, tetragona, disperma. Dissepimenta membranacea, sulcis loborum inserta.

Rec. nullum: semina in ipso loculamentorum angulo interno in medio axi papillulis minimis affixa.

Sem. in ovario virgineo in quovis loculamento gemina, quorum vero alterum per maturitatem constanter abortat; fœtum semen ovatum, turgidum, basi umbilico parvo immerso insignitum, glaberrimum, nitidum, atrofuscum.

Int. duplex: *exterius* testaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenue, adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, a calyce denudata. b.) Ejusdem sectio transversalis, ut situs seminum appareat. c.) Semina separata. d. e.) Idem transverse & verticali modo dissectum.

Semen maturum mihi nondum videre contigit; in capsulis vero immaturis M. *comosi* æque ac *minoris* L. loculamenta semper disperma deprehendi.

123. BLADHIA.

Thunb. *nov. gen.* 6. *fl. jap.* p. 7. Schreb. *gen.* 370. Juss. *gen.* p. 421. Lamarck *ill. gen. t.* 133.

Cal. monophyllus, quinquedentatus, brevis, inferus, persistens; laciniis ovato-acuminatis, concavis, margine subserratis. Cor. monopetala, rotata, tubo brevissimo, limbo profundissime quinquepartito; laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Stam. 5. corolla paulo breviora; filamentis brevissimis, ad infimum tubum insertis; antheris ovato-acuminatis, basi emarginatis, coniventibus, bilocularibus. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi; stylo simplici, acuto. Bacca globosa, pulposa, unilocularis. Rec. o. Sem. unicum basi umbilicatum. Alb. crassum, subcartilagineum. Emb. vermicularis, transversim adscendens.

Bladhia japonica. Tab. 211. fig. 4.

Sankits vulgo Jamma Tadsi banna. Kaempf. *amoen. exot. Fasc.* 5. *p.* 775.

Bladhia

Bladhia foliis serratis glabris. THUNB. *fl. jap. p. 95.* LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 236.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1122.*

Bladhia foliis ternis serratis glabris, caule basi decumbente. PERSOON *syn. 1. p. 233.*

Icon. THUNB. l. c. *t. 18.*

Ex collectione Banksiana, & a Cl. THUNBERG.

PER. Bacca globosa, depressiuscula, longe pedunculata, calyci insistens, stylo persistente subulato fastigiata, unilocularis. Cuticula tenuis, glabra, coccinea. Caro crassiuscula, pulposa. Loculamentum subglobosum, retusum, membrana propia pulpæ adnata vestitum.

REC. nullum: funiculus umbilicalis brevissimus, ex fundo baccæ, cui semen adhæret.

SEM. unicum, subglobosum, loculamento consimile, basi retusum, umbilicatum; ad verticem vero mucrone exiguo obtuso insignitum, dilute ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum, tenue, adnatum.

ALB. semini conforme, duriusculum, carnosum, l. subcartilagineum, album.

EMB. teretiusculus, serpentino-flexuosus, transverse in albumine locatus, subascendens, lacteus. *Cotyl.* brevissimæ, ovatæ, obtusæ, incumbentes. *Rad.* filiformis, cum cotyledonibus continua, longissima, oblique deorsum versus peripheriam seminis & apice obtuso paululum versus basin directa, ab umbilico remota, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars umbellulæ frugiferæ. B.) Bacca integra, a basi visa. C.) Ejusdem sectio transversalis, semine ablato, ut in fundo baccæ cicatricula, cui semen affixum est, appareat. d. D.) Semen solutum, a vertice & a basi spectatum. E.) Albuminis sectio verticalis, cum situ & forma embryonis. F.) Embryo solutus.

Ab Anguillaria, cui proxime accedit, embryone subascendente differt; hinc Ophiospermorum (VENT.) ordini associanda est.

124. ARISTOTELIA.

L'HERIT. *stirp. t. 16.* RUIZ & PAVON *prod. t. 12.* JUSS. *gen. p. 433.* SCHREB. *gen. 816.* LAMARCK *ill. gen. t. 399.*

Cal. monophyllus, turbinatus, 5—l. 6—fidus, inferus; laciniæ lanceolatæ, acutæ, deciduæ, relicto insertionis disco. Cor. petala 5. l. 6., obcordata, cum

cum calycis laciniis alterna, & eodem disco extus inserta, erecta, l. conniventia. Stam. 15. l. 18., ad quodvis petalum tria, hinc medium ipsi oppositum; filamenta brevia, eodem loco, quo petala, inserta; antheræ erectæ, oblongæ, biloculares, apice poris binis dehiscentes. Ovar. superum; styli 3., filiformes; stigmata simplicia. (Stylus unicus, stigmate tripartito L'Herit.) Bacca rotundato-triquetra, pulposa, trilocularis; loculamentis dispermis. Rec. centrale. Sem. sex, (uno aut pluribus plerumque abortientibus,) ossea, angulata, umbilico appendiculato instructa. Alb. carnosum. Emb. inversus, rad. brevi, centrifuga.

Aristotelia Maqui. Tab. 211. fig. 5.

Beaumaria Maqui. Collect. Delessert.

Aristotelia foliis ovatis serratis, floribus racemosis. L'Herit. *stirp.* 2. *p.* 31. Ait. *hort. kew.* 2. *p.* 146. Willd. *spec. pl. T.* 2. *P.* 2. *p.* 851. Persoon *syn.* 2. *p.* 10.

Ex dono Cl. Ventenat, & ex Collect. Delessert.

Per. Bacca parva, ovata, l. globosa, rotundato-triquetra, sulcis tribus obsoletis longitudinalibus exarata, in vertice a styli lapsu mucronulata, basi disco calycino æquali insidens, pulposa, cœrulea, trilocularis. Pulpa mollis, dulcis, cuticula tenui glabra inclusa. Dissepimenta membranacea, tenuissima, succis baccæ obversa & cum membrana loculamentorum continua.

Rec. in axi baccæ ascendens, trigonum, cum dissepimentis conferruminatum, prope centrum baccæ in tres ramos brevissimos divisum, quorum papillulis semina umbilicis adhærent.

Sem. in quovis loculo gemina, adeoque in tota bacca sex, quorum vero plerumque unum l. plura abortant, incumbentia, angulata, in dorso convexa, ad angulum internum umbilico appendiculato pallidiore insignita, ossea, centripeta, fusca.

Int. duplex: *exterius* osseum, crassiusculum, ad angulum internum pro introitu vasorum umbilicalium poro instructum, intus glaberrimum; *interius* membranaceum, tenue, spadiceum, ad basin *chalaza* orbiculari fusca insignitum, detrahendum.

Alb. cavitatem testæ replens, obcordatum, compressiusculum, lenticulari-convexum, carnosum, ad peripheriam dilute ferrugineum, in centro vero album.

Emb. ellipticus, albumine paulo brevior, inversus, lacteus. *Cotyl.* ellipticæ, foliaceæ, longitudinaliter undulato-plicatæ, l. sulco intermedio inscriptæ. *Rad.* brevis, teretiuscula, conice acuminata, umbilico externo e diametro contraria, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Ejusdem sectio transversalis. c.) Eadem longitudinaliter aperta, cum situ seminum & receptaculi. d. D.) Semina soluta. E.) Testa longitudinaliter dissecta. F.) Nucleus separatus, ab utraque parte visus, cum chalaza ad basin. G.) Albumen transverse sectum. H.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum embryone in situ. I.) Embryo solutus.

Cum Grewia affinitatem habere, atque ita Tiliis adnumeranda esse videtur.

Semina ossea Aristoteliæ rectius forsan pyrenæ nuncupanda sunt, non obstante umbilico exserto.

125. MICHAUXIA.

L'Herit. *monogr.* Ait. *hort. kew.* 2. *p.* 8. Schreb. *gen.* 1769. Lamarck *ill. gen. t.* 295. Mindium. Adans. *fam. p.* 134. Juss. *gen. p.* 164.

Cal. superus, 8. l. 16. fidus, persistens. Cor. monopetala, rotata; tubus brevissimus; limbus octofidus, calyce major: laciniis patentissimis, apice revolutis. Stam. 8.; filamenta brevia, subulata, ovario adnata, basi in membranam conniventem cordatam dilatata; antheræ longissimæ, lineares, erectæ, stylo adpressæ. Ovar. inferum; stylus staminibus longior, cylindraceus, sursum pubescens; stigma octo-partitum: laciniis subulatis, revolutis. Caps. inverse conica coriacea, octo-costata, octo-locularis. Rec. fungosa, ex angulo loculamentorum prodeuntia. Semina numerosa. Alb. carnosum. Emb. oblongus, rad. centripeta.

Michauxia lævigata. Tab. 211. fig. 6.

Michauxia foliis radicalibus ovatis serratis, caulinis oblongatis semiamplexicaulibus; caule laevi-glaberrimo. Vent. *hort. cels. p. 81.* Persoon *syn. 1. p. 418.*

Ex horto Celseano.

Per. Capsula coriacea, inverse pyramidata, truncata, in vertice filamentorum reliquiis radiatim conniventibus crispata, calycis laciniis persistentibus revolutis spinosisque cincta, octogona l. potius octo-costata, & sulcis profundis cum costis alternantibus exarata: costis incrassatis, rotundatis, intus substantia nivea repletis; cæterum glabra, spadicea, l. ferruginea, octolocularis. Dissepimenta membranacea, sulcis externis inserta. Loculamenta angulata, cuneiformia, ad verticem dehiscentia?

Rec.

Rec. ad medium axem in ipſo loculamentorum angulo pedunculo brevi radicata, ovata, deorſum proceſſu minore rotundato aucta, intra loculamenta libere prominula, compreſſiuſcula, ſcrobiculato-punctata, fungoſa.

Sem. numeroſa, parva, oblonga, l. ovata, utrinque acuminata, angulata, ab adjacentibus curvata & compreſſiuſcula, ſpadicea, l. dilute ferruginea, ad umbilicum colore obſcuriore tincta.

Int. ſimplex, cruſtaceum, difficulter ſeparandum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album.

Emb. tereti-oblongus, albumine brevior, rectus, centralis, erectus, molliuſculus, & fere medullaris. *Cotyl.* breviſſimæ, obtuſæ. *Rad.* longa, teretioblonga, obtuſa, umbilico externo obverſa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra. b.) Eadem transverſe diſſecta, cum forma ac ſitu loculamentorum & receptaculorum. c.) Receptaculum ſingulum ſeparatum. d. D.) Semina ſoluta. E.) Albumen transverſe ſectum. F.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu & forma Embryonis.

In capſulis bene maturis nullibi dehiſcentiæ locum detegere valui.

126. CANARINA.

Linn. *mant. p.* 148. *gen. ed. Schreb.* 603. Juss. *gen. p.* 164. Lamarck *ill. gen. t.* 159.

Cal. ſuperus, ſexfidus: laciniis lanceolatis, intus albido-pruinatis, trinerviis, perſiſtentibus. Cor. campanulata; tubo longo, ſurſum ampliato, ſtriato, ovario prope calycem inſerto; limbo ſexpartito: laciniis ovato-acuminatis, patentibus. Stam. 6.; filamenta prope corollæ tubum ovario inſerta, e lata baſi mox anguſtata, inflexa, linearia; antheræ erectæ, ovato-oblongæ, medio ſulcatæ, in tubum ſtigma occultantem connatæ, biloculares. Ovar. inferum; ſtylo ſimplici columnari, cylindraceo, ſtigmate craſſo, clavato, obtuſo, ſex-coſtato, pubeſcente. Capſ. inverſe pyramidata, hexagona, ſexlocularis. Rec. 12., in ſingulo loculo gemina, parva, membranacea, ad utrumque latus diſſepimentorum. Sem. numeroſa, parva. Alb. . . . Emb. . . .

Canarina campanula. Tab. 211. fig. 7.

Campanula canarienſis regia ſ. Medium radice tuberoſa, foliis ſinuatis caeſiis atriplicis aemulis ternis circum caulem ambientibus, flore amplo pendulo colore flammeo rutilante. Plukn. *alm.* 76. *t.* 276. *f.* 1.

Campa-

Campanula foliis hastatis dentatis, caule determinate folioso. LINN. *hort. cliff. p. 65. t. 8.*

Campanula (canariensis,) capsulis sexlocularibus, foliis oppositis hastatis dentatis petiolatis. LINN. *spec. pl. p. 238.*

Canarina. LINN. *suppl. p. 225. Syst. veg. ed. 14. p. 344.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 241.* PERSOON *syn. 1. p. 392.*

Ex horto regio Kewensi.

PER. Capsula infera, laciniis calycinis lanceolatis coronata, ad verticem retusa, obovata, l. inverse-pyramidata, hexagona, ad angulos rotundato-costata, inter angulos sulcata, coriacea, sexlocularis; loculamentis ad verticem capsulæ dehiscentibus. Dissepimenta membranacea, sulcis externis inserta, subintegra l. ad verticem capsulæ in ipsius axi emarginata & apice destituta, ut loculamenta omnia inter se communicent.

REC. in quovis loculamento gemina, ad utrumque latus dissepimentorum sub emarginatione radice angusta inserta, lobata l. obovata, membranacea, scrobiculato-punctata, intra loculamenta libere pendentia, quibus semina undique adhærent.

SEM. numerosa, parva, angulata.

INT. . . . ALB. . . . EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Flos integer, nondum explicatus. b.) Idem, ablatis tribus calycis laciniis, ut insertio corollæ appareat. c.) Staminum insertio atque situs. D.) Stylus, cum stigmate. e.) Capsula medio transverse dissecta. f.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ & forma receptaculorum.

127. GOODENIA.

SMITH *Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 346.*

Cal. monophyllus, superus, angulatus, quinquepartitus: laciniis linearibus, patentibus, persistentibus. Cor. monopetala, irregularis, bilabiata; tubo brevi; labio superiore bipartito, reflexo: inferiore tripartito: laciniis omnibus margine undulatis. Stam. 5., filamentis setaceis, arcuatis, inter lacinias labii superioris prominulis; antheris adnatis, linearibus, apice pubescentibus. Ovar. inferum; stylo simplici; arcuato, longitudine staminum; stigmate urceolato, ciliato. Caps. siliquæformis, calyce coronata, bilocularis, bivalvis: dissepimentum valvis parallelum. Rec. o. Sem. erecta, ovata, compressiuscula. Alb. carnosum. Emb. oblongus, erectus.

GOODENIA ovata. Tab. 211. fig. 8.

Goodenia foliis ovatis denticulato-ſerratis glabris, pedunculis trifloris, fructu lineari. SMITH l. c. *p. 347.* WILLD. *ſpec. pl. T. 1. P. 2. p. 954.* PERSOON *ſyn. 1. p. 195.*

Icon. ANDREW. *repoſ. t. 68.* VENT. *hort. celſ. t. 3.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES, & a Cl. VENTENAT.

PER. Capſula oblonga, elongata, ſiliquæformis, coriacea, calyce perſiſtente coronata, a ſeminum protuberantiis nodulosa, ſulcis quinque elevatis, a calycis laciniis ſubulatis prodeuntibus & ad pedunculum uſque decurrentibus longitudinaliter ſtriata, pedunculata, pallide ferruginea, longitudinaliter dehiſcens, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum membranaceum, a ſeminum impreſſionibus undulatum, ad apicem lunulato-emarginatum l. bicuſpidatum, nervo intermedio a baſi ad apicem uſque adſcendente inſignitum, valvis parallelum.

REC. nullum: ſemina umbilicis ſuis papillulis minimis, a nervo intermedio diſſepimenti derivatis, adhærent.

SEM. pauca, 5 l. 7. in quovis loculamento, parva, erecta, baſi truncata l. emarginata; hinc convexa, medio ſulcata; inde planiuſcula, margine membranaceo anguſtiſſimo cincta, ad baſin umbilico minimo inſtructa, ſtraminea, l. pallida.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, fragile, quaſi in duas valvulas ſecundum marginem facile partibile; *interius* ſimpliciſſimum, adnatum.

ALB. ſemini conforme, plano-convexum, carnoſum, album.

EMB. erectus, oblongus, compreſſiuſculus, rectus, niveus. *Cotyl.* dimidio embryone paulo breviores, ovato-oblongæ, plano convexiuſculæ, rectæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo anguſtior, compreſſiuſcula, teretiuſcula, ubilico obverſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra, non dehiſcens. b.) Eadem ab apice dehiſcens, cum ſitu diſſepimenti. C.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Valvula altera ſeparata, cum ſeminibus in ſitu. e.) Diſſepimentum ſolutum. f. F.) Semina ſeparata. G.) Albumen transverſe diſſectum: H.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum embryone in ſitu. I.) Embryo ſolutus.

Nova hujus generis ſpecies, *intermedia*, in vaſtiſſima collectione Bankſiana proſtat, eadem fructus fabrica gaudens, ſed omnibus partibus minor; hinc valde dubito, num G. *bellidifolia*, cui capſulam quadrivalvem tribuit Cel. SMITH, vere hujus congener ſit.

128. ROUSSEA.

SMITH *ic. ined. t.* 6. LAMARCK *ill. gen. t.* 75.

Calyx (quadri - SMITH l.) quinquefidus, coriaceus, persistens; laciniis lanceolatis, patentibus. Cor. subcampanulata; tubo brevi, subgloboso, inflato, sursum vero paululum coarctato; limbo (4. - l.) quinque - partito: laciniis acutis, reflexis. Stam. (4. l.) 5., filamenta corollam multo superantia, erecta, conniventia, compressa, versus apicem angustata; (ovario inserta?) antheræ rectæ, sagittatæ. Ovar. superum, attenuatum in stylum simplicem longitudine staminum (tetra - l.) pentagonum persistentem; stigmate simplici, truncato, concavo, stellato. Bacca ovato - pyramidata, in stylum persistentem attenuata, (tetra - l.) pentagona, (quadri - l.) quinquelocularis. Rec. carnosa. Sem. numerosa. Alb. carnosum. Emb. . . .

ROUSSEA simplex. Tab. 212. fig. 1.

Roussea. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 607.* PERSOON *syn. 1. p. 130.*
Icon. SMITH. l. c.

PER. Bacca supera, grandiuscula, basi cum calyce persistente arcte conferruminata, ovato - pyramidata, in stylum crassiusculum, uti bacca ipsa, (tetra - l.) pentagonum attenuata, carnosa, intus pulposa; latera leviter concava, ad basin baccæ immersa & macula triangulari (a filamentorum lapsu?) insignita; anguli vero acuti, cum laciniis calycinis alterni, deorsum in caruneulas crassas triangulares basi cohærentes dilatati; cæterum glabra, (quadri - l.) quinquelocularis. Caro crassiuscula, firma. Dissepimenta carnoso - membranacea, hinc in axem fructus confluentia, inde lateribus baccæ inserta. Pulpa mollis, semina obvolvens.

REC. ovato - oblonga, angulata, dorso crassissima & medio longitudinaliter carinata, inde angustiora & sulco profundo latoque exarata, cui lamina intermedia longitudinalis inserta, cujus ope receptacula angulo loculamentorum interno affixa sunt, fungosa, punctato - scrobiculata.

SEM. numerosa, parva, cordato - ovata, umbilico minimo instructa, lenticulari - compressiuscula, margine paulum incrassatâ, centripeta, straminea, l. pallide ferruginea.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, crassiusculum; *interius* membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. . . .

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverse dissecta. c. C.) Semina separata. D.) Albumen transverse sectum. E.) Ejusdem sectio longitudinalis.

Cl. SMITH l. c. numerum partium obſervavit quaternarium, egomet illum inveni quinarium; quinam vero uſitatior ſit, nondum conſtat.

Quamvis in plurimis ſeminibus, quæ diſſecui, ne minimum embryonis veſtigium invenerim, ob fructum tamen baccatum & totam ejus fabricam non ad Campanularum ordinem (uti vult Cl. JUSSIEU *Diar. hiſt. nat. muſ. pariſ. V. 5. p. 426.*) ſed ad Solanaceas plantas ſpectare videtur hæc ſtirps.

129. BRUNFELSIA.

PLUM. *gen. t.* 22. LINN. *gen.* 260. *ed. Schreb.* 1013. JUSS. *gen. p.* 127. LAMARCK *ill. gen. t.* 548.

Cal. monophyllus, campanulatus, quinquedentatus, brevis, perſiſtens. Cor. monopetala, infundibuliformis, tubuloſa; tubo longiſſimo, cylindraceo, ſubincurvo; limbo patente, obliquo, quinquepartito: laciniis ſubæqualibus, obtuſis. Stam. 4. didynama; filamenta ad baſin tubi inſerta; antheræ exſertæ, incumbentes. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, longitudine tubi; ſtigmate craſſo. Capſula globoſa, corticata, bivalvis. Rec. centrale, baccatum. Sem. plurima, peripherica. Alb. carnoſum. Emb. falcatus.

BRUNFELSIA americana. Tab. 212. fig. 2.

Brunfelſia flore albo, fructu croceo molli. PLUM. *ic. t. 65.*

Brunfelſia. LINN. *ſpec. pl. p. 276. Syſt. veg. ed. 14. p. 231.*

Brunfelſia foliis ellipticis acuminatis petiolis longioribus; corollis tubo erecto, limbo integro. SWARZ *prod. p. 90.* WILLD. *ſpec. T. 3. P. 1. p. 269.* PERSOON *ſyn. 2. p. 168.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capſula globoſa, depreſſiuſcula, pollicem transverſum craſſa, in vertice obtuſe mucronulata, & intra mucronem umbilicata, calyci perſiſtenti per maturitatem inæquali inſiſtens, ſubbaccata, duplicata, aurantia, bilocularis, bivalvis. Lamina *exterior* craſſior, coriaceo-carnoſa, interiori arcte adglutinata; *interior* paulo tenuior, chartacea, firma, intus lævigata. Diſſepimentum anguſtiſſimum, membranaceo-carnoſum, a receptaculo ad valvularum ſuturam productum, & cum his parallelum.

REC. baccatum, centrale, craſſe & breviſſime pedunculatum, globoſum, carnoſum, ſiccitate autem in productiones favoſas membranaceas degenerans, ſemina in ſuperficie arcte approximata gerens.

SEM. plurima, 30—36. in quovis loculamento, rotundato-angulata, l. hinc convexa, inde cuneata, & prope baſin umbilico minimo inſtructa, fuſca.

INT.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, crassiusculum, fragile, glabrum; *interius* membranaceum, dilute ferrugineum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. albumine paulo brevior, tereti-oblongus, ad dorsum seminis falcatus. *Cotyl.* breves, obtusæ, rectæ, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, longa, falcata, umbilico obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. b.) Capsula integra, a vertice & a basi spectata. b.) Eadem, valvula altera ablata, ut seminum situs supra albumen visui pateat. d.) Ejusdem & receptaculi sectio transversalis. e.) Semina separata. F.) Idem magnitudine auctum. G.) Seminis sectio transversalis. H.) Embryonis situs intra albumen. I.) Idem solutus.

Capsula Crocum valde redolet.

130. BONTIA.

PLUM. *gen.* *t.* 23. LINN. *gen.* 791. *ed. Schreb.* 1062. JUSS. *gen.* *p.* 127. LAMARCK *ill. gen. t.* 546.

Cal. monophyllus, inferus, quinquepartitus; laciniis ovatis, acuminatis, persistentibus. Cor. monopetala, tubulosa, calyce multo longior, inæqualis, bilabiata; labio superiore erecto, emarginato: inferiore revoluto, semitrifido, hirsuto. Stam. 4. didynama; filamenta subulata, longitudine corollæ; antheræ erectæ. Ovar. superum; stylo filiformi, longitudine staminum; stigmate obtuso, bilobo. Drupa ovata, baccata; putamine biloculari: loculamentis bipartitis, tetraspermis. Sem. oblonga. Alb. carnosum. Emb. inversus.

BONTIA daphnoides. Tab. 212. fig. 3.

Olea sylvestris barbadensis, folio angusto pingui leviter crenato. PLUKN. *alm.* *269. t. 209. f. 2.*

Bontia laureolae facie. DILL. *hort. elth. p. 57. t. 49. f. 57.*

Bontia foliis lanceolatis alternis, pedunculis unifloris. LINN. *spec. pl. p. 890.* WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 394.* PERSOON *syn. 2. p. 168.*

Ex Insula Hispaniola, a D^no^ POITEAU.

PER. Drupa baccata, ovata, sursum acuminata, calyci persistenti pedunculo longissimo suffulto insistens, stylo longo filiformi fastigiata, a vertice sulcis quatuor ad mediam drupam deliquescentibus exarata, glabra. Caro per maturitatem suberosa, crassiuscula, sicca, pallida, leviter aromatica, cuticula tenui lævigata tecta. Putamen osseum, irregulariter ellipticum, rotun-

rotundato - tetragonum, sulcis duobus obsoletis oppositis longitudinaliter exsculptum, crassum, scabrum, & cum cortice intime conferruminatum, biloculare. Loculamenta duo, substantia ossea crassa interposita inter se remota; seminibus quaternis, osseis, inter se & putamini adglutinatis, per paria imbricatis, & medio canali triangulari interstinctis fœta.

REC. nullum: vasa umbilicalia ad basin seminum intrant, & nucleum fundo testæ affigunt.

SEM. in quovis loculo quaterna, duo autem plerumque abortiva, ossea, ad axim fructus inclinia, erecta, per maturitatem drupæ substantia ossea inter se & putamini adglutinata, longe elliptica, basi incrassata, curvula.

INT. duplex: *exterius* osseum, vix a putamine maturo separandum; *interius* membranaceum tenue, a basi per dorsum verticem usque vasis umbilicalibus ferrugineis & in vertice ipso in *chalaza* terminatis insignitum, pallidum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, vaginale, non admodum crassum, carnosum, album.

EMB. tereti - oblongus, leviter recurvus, inversus, lacteus. *Cotyl.* crassiusculæ, curvulæ, dimidio embryone vix longiores, leviter undulato - plicatæ, apice incrassatæ, obtusæ, incumbentes. *Rad.* teres, rectiuscula, obtusa, adscendens, umbilico externo contraria, supera.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra, stylo destituta. b.) Eadem cum putamine verticali modo dissecta. c.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ loculamentorum atque seminum. d. D.) Nucleus solutus, cum chalaza ad apicem. E.) Albumen transverse dissectum. F.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum embryone in situ. G.) Embryo solutus.

BONTIA minor. ibid.

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

Drupa (a.) ovata, hinc stylo longissimo subulato - filiformi basi noduloso fastigiata, inde calyci insidens, obsoletissime rotundato - tetragona. Putamen (b.) carni suberosæ siccæ adnatum, biloculare. Sem. ut in priore. Nucleus (c. C.) ovato - oblongus, erectus, basi extrorsum curvatus, ad axim baccæ inclinis, pallidus. Int. & Alb. (D.) ut in priore. Emb. (E. F.) tereti - oblongus, curvulus.

Hæc forsan antecedentis tantum varietas.

131. BEUR-

131. BEURRERIA.

BROWN *jam. t.* 15. *f.* 2. Ehretia. LINN. *gen.* 257. *ed. Schreb.* 352. JUSS. *gen. p.* 128. LAMARCK *ill. gen. t.* 96.

Cal. monophyllus, inferus, bilobus: lobo altero majore tridentato, altero angustiore bidentato; persistens. Cor. monopetala, calyce multo major, tubulosa; tubo cylindraceo; limbo quinquepartito: laciniis æqualibus, planis, obtusis. Stam. 5.; filamentis subulatis, ad medium tubum insertis; antheris erectis, hastatis. Ovar. superum; stylo simplici, persistente, longitudine staminum; stigmate bilobo. Bacca subglobosa, basi retusa, tetrapyrena, octo-locularis. Rec. nullum. Sem. oblonga, solitaria. Alb. carnosum, vaginale. Emb. erectus, curvulus.

BEURRERIA succulenta. Tab. 212. fig. 4.

Mespilus americana laurifolia glabra, fructu rubro mucilaginoso. COMEL. *hort. amst.* 1. *p.* 153. *t.* 76.

Jasminum periclymeni facie, flore albo, fructu flavo rotundo tetrapyreno. SLOAN *jam.* 169. *hist.* 2. *p.* 96. *t.* 204. *f.* 1.

Ehretia foliis ovatis integerrimis laevibus, floribus subcorymbosis, calycibus glabris. LINN. *spec. pl. p.* 275. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 230. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1078. PERSOON *syn.* 1. *p.* 167.

Beurreria arborea foliis ovatis alternis, racemis rarioribus terminalibus. BROWN *jam. p.* 168. *t.* 15. *f.* 2.

Beurreria (*succulenta*), *fructibus succulentis, integris.* JACQ. *amer. p.* 44.

Ex Insula Hispaniola, a D^no^ POITEAU.

PER. Bacca subglobosa, stylo persistente fastigiata, basi retusa & calyci persistenti insistens, obsoletissime rotundato-tetragona, l. sulcis levibus quatuor longitudinalibus exarata, pulposa, aurantia, tetrapyrena. Caro pulposa, mollis, cuticula lævigata inclusa, tenuis, dulcis, pyrenis adnata, lutescens. Pyrenæ quatuor, osseæ, hinc convexæ, ex lamellis tenuibus longitudinalibus, per rimas profundas discriminatis & pulpa repletis conflatæ; inde cuneatæ lateribus planiusculis, basi retusæ, biloculares, dispermæ. Loculamenta parva, ovato-oblonga, altero sæpissime abortivo.

REC. nullum: pyrenæ arcte sibi approximatæ, pulpa tenui & vasis nutrientibus tenuibus interpositis junctæ; semina fundo & parti ventrali loculamentorum leviter adhærent.

SEM. solitaria, ovato-oblonga, erecta, leviter incurva, utrinque obtusa, candida.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum.

ALB. femini conforme, non admodum craffum, vaginale, carnofum, album.

EMB. albumine paulo brevior, erectus, filiformis, falcatus, compreffiufculus, lacteus. *Cotyl.* tertiam albuminis partem longitudine mentientes, obtufæ, leviter undulato-plicatæ, incumbentes. *Rad.* filiformis, longa, curvula, infera.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Calyx feparatus, a parte interiore fpectatus. c.) Bacca verticali modo diffecta, cum fitu pyrenarum. d.) Pyrenæ folutæ. e.) Ejusdem fectio transverfalis, & f.) Eadem longitudinaliter diffecta, cum fitu & forma loculamentorum. g.) Semen feparatum. H.) Albumen transverfe fectum. I.) Embryonis fitus intra albumen. K.) Idem folutus.

132. VARRONIA.

BROWN *jam. t.* 13. *f.* 2. LINN. *gen.* 258. *ed. Schreb.* 353.
JUSS. *gen. p.* 129. LAMARCK. *ill. gen. t.* 95.

Cal. monophyllus, inferus, tubulofus, quinquedentatus, perfiftens. Cor. monopetala, tubulofa: tubo cylindraceo; limbo quinquepartito, patente. Stam. 5.; filamentis fubulatis, tubo corollæ fub fauce infertis; antheris incumbentibus, exfertis. Ovar. fuperum; ftylo fimplici, filiformi; ftigmatibus quatuor, fetaceis. Drupa ovata, a calyce involucrata, unilocularis. Rec. nullum. Sem. unicum, inverfum. Alb. nullum. Emb. inverfus.

VARRONIA martinicenfis. Tab. 212. fig. 5.

Varronia foliis ovatis acuminatis, fpicis oblongis. JACQ. *amer. p. 41.* LINN. *fyft. veg. ed. 14. p. 231.* WILLD. *fpec. pl. T. 1. P. 2. p. 1080.* PERSOON *fyn. 1. p. 167.*

Icon. JACQ. l. c. *t. 32.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Drupa parva, ovata, a calyce perfiftente hirto obvolucrata & vertice tantum ex ipfo prominula, apice mucronulata, glabra. Caro valde tenuis, putamini adnata. Putamen ovatum, offeum, craffiufculum; ad latus in vertice canali obliquo pro introitu vaforum umbilicalium perforatum, uniloculare, monofpermum.

REC. funiculus umbilicalis candidus, per canalem ad verticem putaminis intrans, & in integumentum feminis dilatatus.

SEM. folitarium, ovatum, in vertice mucronulatum, leviffime ftriatum, inverfum, albicans.

INT. fimplex, membranaceum, pallide fpadiceum.

Alb. nullum.

Emb. femini conformis, inverfus, albus. *Cotyl.* craffæ, amygdalino-carnofæ, longitudinaliter plicatæ & corrugatæ. *Rad.* difcreta, ovato-acuminata, umbilico externo obverfa, fupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars fpicæ frugiferæ. b. B.) Drupa integra, calyce obvolucrata. C.) Eadem, dimidia calycis parte ablata. D.) Ejusdem fectio transverfalis, & E.) Eadem longitudinaliter diffecta, cum fitu & forma loculamenti. f. F.) Semen feparatum. G.) Idem transverfe fectum. h. H.) Embryo denudatus.

An putamen per abortum uniloculare? an reliquæ fpecies pluriloculares genere diverfæ?

133. CORNUTIA.

Plum. *gen. t.* 17. Linn. *gen.* 766. *ed. Schreb.* 1028. Juss. *gen. p.* 107. Lamarck *ill. gen. t.* 541. Agnanthus. Vaill. *act. gall.* 1722.

Cal. monophyllus, parvus quinquedentatus, per maturitatem inæqualis, inferus, perfiftens. Cor. monopetala, inæqualis, tubulofa: tubo longo; limbo quadrifido, inæquali. Stam. 4., inæqualia, nonnulla exferta; filamentis fubulatis; antheris inclinatis. Ovar. fuperum; ftylo bifido; ftigmatibus craffiufculis. Drupa parva, baccata, putamine quadriloculari. Rec. nullum. Sem. folitaria. Alb. fubnullum. Emb. erectus.

Cornutia pubefcens. Tab. 213. fig. 1.

Habitat in Infula Cayenna, ab amiciffimo Dno Decandolle.

Per. Drupa magnitudine pifi, baccata, obovata, a calyce amplo laxe amplexata. Caro craffiufcula, fucculenta, putamini arcte adnata. Putamen obovatum, bafi bidentatum, ad verticem punctis excavatis reticulato-fcrobiculatum, deorfum vero fulcis longitudinalibus exfculptum, a bafi fere ad verticem ufque per axem canali fubulato perforatum, offeum, quadriloculare. Loculamenta obovato-oblonga, cuneiformia, uno l. duobus fæpius obliterantibus.

Rec. nullum: vafa umbilicalia, in axi putaminis adfcendentia, feminum umbilicos adeunt, & ipfa in fitu erecto fuftinent.

Sem. folitaria, obovato-oblonga, rotundato-angulata, l. verfus ventrem cuneata, ad ventrem rima levi umbilicali infignita, pallida, l. albicantia.

INT. ſimplex, membranaceum, ad verticem *chalaza* minima ferruginea inſignitum, cæterum pallide ſpadiceum, intus carnoſum.

ALB. nullum: præter laminam carnoſam, craſſiuſculam, cum integumento firmiore intime conferruminatam.

EMB. obovatus, ſemini conformis, ſed paulo brevior, erectus, albus. *Cotyl.* ovatæ, amygdalino-carnoſæ, plano-convexæ, baſi emarginatæ, leviſſime curvatæ, incumbentes. *Rad.* parva, diſcreta, ovata, obtuſa, ab umbilico externo averſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars cymæ frugiferæ. b.) Drupa integra, calyce veſtita. c.) Eadem a calyce ſeparata. d.) Ejusdem ſectio verticalis, cum ſitu putaminis. E.) Putamen ſeparatum. F. G.) Idem verticaliter & transverſe ſectum, cum ſitu ſeminum & forma loculamentorum. h. H.) Semina ſeparata, a ventre ſpectata, cum rima umbilicali atque chalaza. I.) Ejusdem ſectio transverſalis. K.) Embryo ſolutus.

CORNUTIA punctata. ibid.

Hoſta coerulea. JACQ. *hort. Schoenb. 1. p. 60. t. 114. Hoſtana.* PERSOON *ſyn. 2. p. 143.*

Cornutia pyramidata. AIT. *hort. Kew. 2. p. 353.*

Cornutia corymbis axillaribus trichotomis. WILLD. *ſpec. pl. T. 3. P. 1. p. 322.*

Habitat in Inſula St. Luciæ. Ex collectione Bankſiana.

Drupa (a. b.) magnitudine grani piperis, baccata, obovata, calyci planiuſculo inſidens. Caro (C.) non admodum craſſa. Putamen (D.) oſſeum, obovatum, obſolete tetragonum, rotundato-ſcrobiculatum, & ſulcis longitudinalibus exſculptum, baſi emarginatum, & in axi ſurſum ſupra medium acuminato-perforatum, quadriloculare. Semina (e. E.) ut in priore albicantia. Int. & Alb. (F. G.) a priore non diverſa. Emb. (H.) ovatus, cochleariformis, l. hinc convexus, inde concavus, erectus, viridulus. *Cotyl.* ſubcarnoſæ, incumbentes, baſi emarginatæ. *Rad.* parva, diſcreta.

134. TAMONEA.

AUBL. *guian. t.* 268. JUSS. *gen. p.* 109. LAMARCK *ill. gen. t.* 542. Ghinia. SCHREB. *gen.* 42.

Cal. monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus, perſiſtens. Cor. monopetala, tubuloſa; limbo inæquali, bilabiato: labio ſuperiore majore adſcendente, inferiore tripartito. Stam. 4. didynama, intra corollam recondita, quorum

duo

duo minora sterilia; filamentis basi corollæ insertis, medio squamulosis. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate quadrifido. Drupa sicca, putamine quadriloculari. Sem. solitaria, erecta. Alb. o. Emb. erectus; rad. acuminata.

TAMONEA spinosa. Tab. 213. fig. 2.

Violae surrectae latiore folio species peregrina. PLUKN. *phytog. t. 234. f. 4.*

Kaempfera. BANKS *Reliqu. Houst. p. 3. t. 2.*

Verbena (curassavica) diandra, spicis longis, calycibus aristatis, foliis ovatis argute serratis. LINN. *spec. pl. p. 28.* SWARZ *obs. p. 17.*

Ghinia fructibus quadrispinosis, foliis glabris. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 114.*

Ghinia verbenacea. SWARZ *flor. ind. occid. 2. p. 1089.*

Tamonea curassavica. PERSOON *syn. 2. p. 139.*

Tamonea spinosa. SWARZ *prodr. p. 94.*

Ex collectione Banksiana.

PER. Drupa parva, calycis laxe amplexantis basi affixa, sicca, obovata, l. inverse pyramidata, ad verticem obtusissime umbonata, rotundato-tetragona; anguli prope verticem in spinas quatuor, acutas, drupam coronantes producti. Caro tenuis per maturitatem in membranam, cum putamine arcte conferruminatam, immutatur. Putamen drupæ consimile, canali compresso per axem adscendente perforatum, osseum, quadriloculare. Loculamenta rotundato-angulata, paulo latiora quam crassa, ovato-oblonga, deorsum acuminata, monosperma.

REC. nullum: semina ventre angulo loculamentorum interno leviter adhærent.

SEM. solitaria, loculamenta exacte replentia, ad basin in mucronem attenuata, rotundato-triquetra, albicantia.

INT. simplex, membranaceum, crassiusculum, pallide spadiceum, ad verticem *chalaza* minima ferruginea notatum, intus carnosum.

ALB. nullum: nisi laminam integumenti internam carnosam, ab ipso non separabilem, sumas.

EMB. obovatus, erectus, magnitudine fere seminis, albus. *Cotyl.* ovatæ, subcarnosæ; altera externa plano-convexa, altera interna in sulcum elevatum incrassata; incumbentes. *Rad.* brevissima, discreta, conico-acuminata, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars spicæ frugiferæ. B.) Drupa integra, a calyce denudata. C. D.) Putamen transverse & longitudinaliter dissectum, cum situ & forma loculamentorum. e. E.) Semen separatum. F.) Idem transverse sectum. G.) Embryo solutus, a dorso visus.

TAMO-

TAMONEA mutica. ibid.

Ghinia mutica. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 114.* SWARZ *fl. ind. occid. 2. p. 1090.*

Tamonea spicata. AUBL. *guian. 2. p. 660.*

Tamonea fructibus muticis, foliis tomentosis. SWARZ *prod. p. 94.* PERSOON *syn. 2. p. 139.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

Drupa (a. B.) intra calycem tenuem inclusa, & vertice tantum ex ipso prominula, (c. C.) parva, baccata, obovata, in vertice stylo filiformi brevi fastigiata, glabra. Caro (D.) tenuis, adnata. Putamen (D. E.) ovatum, in vertice subtilissime mucronulatum, angulis l. sulcis quatuor angustis longitudinalibus inscriptum, scabriusculum, quadriloculare.

Ii, qui Sebestenarum ordini albumen tribuere malunt, non valde errant; lamina enim integumenti carnosa omnibus characteribus albuminis carnosi utitur, excepta crassitie minore & nexu intimo cum integumento.

135. CAMPHOROSMA.

LINN. *gen.* 164. *ed. Schreb.* 221. JUSS. *gen. p.* 84.
LAMARCK *ill. gen. t.* 86. Camphorata.
TOURN. *act. gall.* 1705.

Flores minimi, axillares, terni l. rarius quaterni intra foliorum cæspitem.

Cal. urceolatus, quinque- (in floribus inferioribus quadri-) partitus; laciniis lanceolatis, conniventibus, versus apicem margine involutis l. concavis, ciliatis; duabus minoribus. Cor. o. nisi calycem velis. Stam. 5. (l. 4.) erecta, calycis laciniis breviora, & in illarum concavitate sita; filamenta brevia, imo calyci inserta, subulata; antheræ ovato-cordatæ, crassæ, acutæ, erectæ. Ovar. superum, triquetrum; stylus simplex, filiformis, tri- (l. bi-) fidus; stigmatibus setaceis, flexuosis, acutis. Per. nullum. Semen unicum, intra calycem absconditum. Alb. . . . Emb. . . .

CAMPHOROSMA monspeliaca. Tab. 213. fig. 3.

Camphorata hirsuta. BAUH. *pin. p. 486.* BUXB. *cent. 1. p. 18. t. 28. f. 1.*

Camphorata monspeliensium. BAUH. *hist. 3. p. 379.* LOB. *adv. 174.*

Camphorosma foliis hirsutis linearibus. LINN. *amoen. 1. p. 392. Spec. pl. 178. Syst. veg. ed. 14. p. 166.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 696.* PERSOON *syn. 1. p. 149.*

PER. nullum: calyx pubescens dentibus conniventibus semen occultat.

REC. nullum: semen basi calycis adnatum.

SEM. unicum, obsolete rotundato-triquetrum, mucronulatum.

INT. simplex . . .

ALB. carnosum . . . EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Florum glomerulus. b. B.) Flos separatus. C.) Calyx expansus, cum situ & forma staminum. D.) Ovarium separatum. E.) Semen solutum. F.) Ejusdem sectio transversalis.

Paucos nonnisi inveni flores, in quibus calycis lacinia quinta & stamen quintum defuit, his quoque erat stylus bifidus.

136. ANREDERA.

JUSS. *gen. pl. p.* 84.

Cal. monophyllus, quadridentatus: laciniis duabus majoribus, cum duabus minimis alternantibus. Cor. o. Stam. 5. Ovar. superum; stylo unico, trifido; stigmatibus tribus, simplicibus. Per. nullum. Semen intra calycem persistentem occultum. Rec. nullum. Alb. . . . Emb. . . .

ANREDERA vesicaria. Tab. 213. fig. 4.

Basella (vesicaria,) foliis subcordatis, pedunculis simplicibus, fructibus orbiculato-compressis vesicariis. LAMARCK *dict. 1. p. 382.*

Anredera. PERSOON *syn. 1. p. 297.*

Ab amicissimo D^no^ DECANDOLLE.

PER. nullum: præter extimam ovarii cuticulam, per maturitatem seminis rumpentem & cum stylo caducam. Calyx quadripartitus, membranaceus, medio globose inflatus semen occultat; laciniæ calycis majores oppositæ, globoso-naviculares, dorso in marginem latum membranaceum semiorbicularem ampliatæ; alteræ cum prioribus alternantes minimæ, ovatæ, adpressæ. . .

REC. nullum; semen fundo calycis adnatum.

SEM. unicum, obovatum, lenticulari-compressiusculum, erectum, sub pellicula exteriore fuscum, nitidum.

INT. duplex: *exterius* crassiusculum, coriaceum duriusculum, l. crustaceum; *interius* membranaceum.

ALB. . . .

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. B.) Calycis lacinia ovata & pars globosa laciniarum majorum ablatæ, cum ovario in situ. C.) Ovarium separatum. D. E.) Ejusdem sectio longitudinalis, & transversalis.

137. POLLICHIA.

AIT. *hort. Kew.* 3. *p.* 505. SCHREB. *gen.* 1705.

Cal. monophyllus, inferus, subcampanulatus, quinquedentatus, persistens. Cor. o: nisi calycem sumas. Stam. unicum; filamento filiformi; anthera subrotunda. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate bifido. Sem. unicum, intra calycem absconditum, & ab ipso arcte inclusum. Alb. carnosum. Emb. subperiphericus.

POLLICHIA campestris. Tab. 213. fig. 5.

Neckeria. GMEL. *syst. veg. p. 16.*

Pollichia. AIT. l. c. *1. p. 5.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 23.* PERSOON *syn. 1. p. 4.*

Ex horto Regio Kewensi.

PER. nullum: calyx subcarnosus, in corpus globosum pulposum cupuliforme ex bracteis floralibus intumescentibus enatum immersus, obovatus, rotundato-pentagonus, l. quinquesulcatus, quinquedentatus semen fovet, nec dimittit; dentes calycis brevissimi, sulco circulari a tubo discriminati, conniventes, arcteque clausi.

REC. nullum: semen fundo calycis lateraliter adhæret.

SEM. unicum, minutum, ovatum, paululum obliquum, basi obtusum, apice mucronulatum, a calyce liberum, album.

INT. simplex, tenue, firmum.

ALB. ovatum, carnosum, ab embryone ad dorsum sulcatum, candidum.

EMB. subperiphericus, per dorsum albuminis locatus, & ipsum rima verticali secans, erectus, falcatus, albus. *Cotyl.* ovatæ, pano-convexiusculæ, accumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, teretiuscula, ad angulum obtusum cum cotyledonibus commissa, acuminata, infera.

a. a.) Ramulus frugifer. b. B.) Calyx baccatus, bracteis floralibus baccantibus coalitis immersus. C.) Idem a parte denudatus, ut ejus insertio visui pateat. D.) Ejusdem sectio transversalis una cum semine. E.) Calyx longitudinaliter dissectus, ablato semine. F.) Semen separatum. G.) Albumen a dorso visum, cum transparente embryone. H.) Embryo solutus.

Embryonis ſitus & forma in Perſicaria ſimiles, ſed in hac inverſus.

138. PTERANTHUS.

FORSK. deſc. p. 36. Louichea. L'HERIT. ſert. 1. t. 65. SCHREB. gen. 1768.

Flores terni in pedunculum coriaceo-membranaceum congeſti, uno intermedio transverſim inſerto, duo alteri vero ad utrumque latus, cum pedunculo paralleli, inter duos proceſſus, foliis ſpuriis muricatos, occulti.

Cal. monophyllus, quadripartitus: laciniis concavis, criſtatis, perſiſtentibus. Cor. 0. Stam. 4.; filamentis baſi leviter connatis; antheris ſubrotundis. Ovar. ſuperum; ſtylo filiformi, bifido. Sem. unicum, obovatum, chalazà lata notatum, erectum. Alb. unilaterale, farinoſum. Emb. ſuperficialis, erectus.

PTERANTHUS echinatus. Tab. 213. fig. 6.

Camphoroſma ramoſiſſima, pedunculis enſiformibus dilatatis, bracteis criſtatis. LINN. *mant. p. 41. Syſt. veg. ed. 14. p. 166.* VAHL *ſymb. bot. 3. p. 21.* WILLD. *ſpec. pl. 1. p. 697.*

Louichea cervina. L'HERIT. l. c. *p. 135.*

Pteranthus echinatus. DESFONT. *fl. alt. 1. p. 144.* PERSOON *ſyn. 1. p. 149.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. nullum, præter cuticulam tenuem: ſemina in quovis pedunculo terna: intermedium majus, pedunculo contrarium: duo oppoſita paria, minora. Calyx obovatus, compreſſiuſculus, lenticulari-convexus, quadripartitus ſemen occultat, nec dimittit; laciniæ calycis duæ majores, marginales, naviculares, ad verticem in proceſſum membranaceum apice mucronulatum deſinentes: laterales vero anguſtiores, ab illis fere obtectæ, in ariſtas breves attenuatæ.

REC. nullum: ſemen baſi calycis adnatum.

SEM. unicum, ex collo tenui obovatum, compreſſiuſculum, lenticulari-convexum, in vertice mucronulatum, erectum, pallidum.

INT. ſimplex, membranaceum, adnatum, ferrugineum, ad collum lateris albuminoſi *chalazà* orbiculari fuſca notatum.

ALB. ad unum latus ſeminis locatum, non admodum craſſum, ad alterum vero in membranam tenuem extenuatum, cæterum ſemini conforme, carnoſo-farinoſum, candidum.

EMB. longitudine fere albuminis, & ipſi quaſi ſuperimpoſitus, l. ſuperficialis, erectus, viridiuſculus. *Cotyl.* dimidio embryone majores, ovato-orbiculares, plano-convexiuſculæ, accumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, recta, teretiuſcula, conica, infera.

EXPLI.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. b.) Idem ablato altero fasciculo fructifero laterali, ut insertio & situs seminis intermedii in conspectum veniat. c.) Pedunculus communis semina trigemina sustinens, ablatis processubus quatuor lateralibus, ipsa occultantibus. D.) Semen intermedium, calyce inclusum. E.) Seminis situs intra calycem, demta altera lacinia laterali. f. F.) Idem separatum. G.) Albumen transverse dissectum, cum chalaza ad latus. H.) Embryonis forma & situs intra albumen.

139. HERNIARIA.

TOURN. *inst.* t. 288. LINN. *gen.* 308. *ed. Schreb.* 434. JUSS. *gen. p.* 89. LAMARCK *ill. gen. t.* 180.

Cal. monophyllus, inferus, quinquepartitus, intus coloratus, persistens. Cor. nulla, nisi calycem sumas. Stam. 10., quorum quinque alterna longiora castrata; filamentis subulatis, imo calyce insertis; antheris ovatis, erectis. Ovar. superum; stylo brevissimo, bipartito; stigmatibus acuminatis. Caps. minima, ovata, evalvis. Rec. funiculus umbilicalis, filiformis. Sem. unicum, inversum. Alb. farinosum. Emb. periphericus, annularis.

HERNIARIA glabra. Tab. 213. fig. 7.

Herniaria glabra. BAUH. *hist. 3. p. 378.* HALL. *hist. helv. n. 1552.*

Herniaria glabra, glomerulis multifloris. LINN. *spec. pl. p. 317. Syst. veg. ed. 14. p. 261.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1296.*

Herniaria herbacea glabra, glomerulis multifloris spicae-formibus. LAMARCK *dict. 3. p. 124.* PERSOON *syn. 1. p. 292.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 529.*

PER. Capsula minima, a calyce connivente amplexata, ovata, stylo persistente fastigiata, membranacea, tenuissima, glabra, pallida, unilocularis, evalvis.

REC. Funiculus umbilicalis filiformis, e fundo capsulæ lateraliter assurgens, ad seminis verticem procedens & umbilico insertus.

SEM. unicum, minimum, ovatum, ad verticem emarginato-umbilicatum, lenticulare, marginatum, medio vero turgidum, loculamento ipso angustius, inversum, l. e funiculo umbilicali pendulum, glaberrimum, nitidum, atro-fuscum.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum, dilute ferrugineum.

ALB. centrale, farinosum, niveum.

EMB. periphericus, subangulato-annularis, lutescens. *Cotyl.* lineares, dimidio embryone breviores, obtusæ, incumbentes. *Rad.* filiformis, teretiuscula, ex angulo rotundato rectiuscula, adscendens, obtusa, umbilico externo obversa proxima, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Glomerulus frugifer. B.) Capsula a calyce amplexata. C.) Eadem denudata integra. D.) Ejusdem sectio verticalis, cum semine in situ. e. E.) Semen separatum. F.) Albumen transverse dissectum. G.) Embryonis situs intra albumen.

140. AERUA.

FORSK. *desc.* *p.* 170. JUSS. *gen.* *p.* 88.

Flores basi bracteis duabus l. tribus muniti, nonnunquam dioici.

Cal. monophyllus, profundissime quinquepartitus, l. pentaphyllus; foliolis ovatis, patentibus, extus lanuginosis: intus concavis, glabris, nervo intermedio notatis, persistentibus. Stam. 10., quorum 5. sterilia; filamentis omnibus basi in tubulum connexis; antheris ovatis, erectis. Ovar. superum; stylo simplici, bifido, persistente; stigmatibus subulato-acuminatis. Caps. globosa. Rec. funiculus umbilicalis filiformis. Sem. unicum, turgidum, inversum. Alb. centrale, farinosum. Emb. periphericus, annularis.

AERUA lanata. Tab. 213. fig. 8.

Iresine (*persica*,) *foliis obovalibus*, *panicula terminali*, *spicis simplicibus longissimis*. BURM. *ind.* *p.* *312.* *t.* *65.* *f.* *1.*

Celosia (*lanata*,) *foliis lanceolatis tomentosis obtusis*, *spicis confertis*, *staminibus lanatis*. LINN. *spec.* *pl.* *298.* VAHL *symb.* *bot.* *2* *p.* *44.*

Illecebrum (*javanicum*,) *foliis lanceolatis tomentosis*, *spicis cylindraceis numerosis terminalibus*. AIT. *hort.* *kew.* *1.* *p.* *289.* WILLD. *spec.* *pl.* *T.* *1.* *P.* *2.* *p.* *1205.*

Achyranthes persica. PERSOON *syn.* *1.* *p.* *259.*

Ex Aegypto a Cl. DELILE, Inst. Scienc. Gall. Aegypt. Memb.

REC. Capsula globosa, intra calycem persistentem recondita, minima, stylo persistente fastigiata, membranacea, tenuis, glabra, lutescens, unilocularis, evalvis.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, falcatus, e fundo capsulæ assurgens & umbilicum seminis adeuns.

SEM. unicum, subglobosum, l. turgide lenticulare, rostellatum, inversum, sub vertice umbilicatum, e funiculo pendulum, glaberrimum, nitidum, atrum.

INT.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum.

Alb. centrale, farinosum, candidum.

Emb. periphericus, annularis, lutescens. *Cotyl.* lineares, semiteretes, radiculam non attingentes, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, adscendens, cotyledonibus duplo longior & paulo altior, obtusa, umbilico externo obversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer, cum duabus bracteis floralibus. B.) Calyx capsulam occultans. C.) Idem expansus, cum capsula in situ. D.) Capsula separata, integra. E.) Ejusdem sectio verticalis, cum semine ex funiculo umbilicali pendulo. f. F.) Semen separatum. G. H.) Idem transverse & verticaliter dissectum, cum situ albuminis atque embryonis. I.) Embryo solutus.

Amaranthorum ordo apprime naturalis iterata & accurata revisione generum anthologica quam maxime indiget.

141. ABRONIA.

Juss. *gen. p.* 448. Lamarck *ill. gen. t.* 105. Tricratus. L'Herit. *monogr.*

Involucrum florale polyphyllum, patens.

Cal. monophyllus, edentulus, cum corolla continuus, pentangulo-subglobosus, persistens, semen occultans. Cor. monopetala, marcescens; tubo longo, infundibuliformi; limbo hypocrateriformi, quinquelobo: laciniis cordatis. Stam. 5.; filamenta e fundo calycis assurgentia, & basi in vaginulam striatam persistentem connata, paulo supra corollæ tubo adhærentia, cæterum libera; antheræ oblongæ, non exsertæ. Ovar. intra calycem staminum basi coalitæ impositum; stylo & stigmate simplici. Per. nullum. Sem. unicum, intra calycem reconditum. Alb. centrale, farinosum. Emb. oblongo-convolutus.

Abronia umbellata. Tab. 214. fig. 1.

Tricratus admirabilis. L'Herit. *monogr.* Willd. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 807.
Abronia umbellata. Persoon *syn.* 1. *p.* 176.
Ex collectione Cl. Desfontaines.

Per. nullum: calyx membranaceus, obovatus, corolla emarcida fastigiatus, quinquealatus, subinflatus, scaber, viridis semen occultat.

Rec. semen staminum columnulæ, basi calycis arcte adnatæ & staminum reliquiis quinque-ciliatæ, insidet.

Sem.

SEM. unicum, obovato-oblongum, curvulum, vertice ſtylo perſiſtente faſtigiatum, ad curvaturam internam prope baſin umbilico ſuperficiali pallido inſignitum, fuſcum.

INT. ſimplex, membranaceum, craſſiuſculum, facile detrahendum.

ALB. centrale, parvum, fere totum a cotyledonibus obtectum, bicorne, farinoſum, candidum.

EMB. magnitudine ſeminis, convolutus, albicans. *Cotyl.* foliaceæ, ovatæ, obtuſæ, deflexæ, circa albumen convolutæ, incumbentes. *Rad.* longa, arcuata, lineari-acuminata, compreſſiuſcula, deſcendens, umbilico externo obverſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Calyx integer, ſemen includens. b.) Ejusdem ſectio transverſalis. c.) Idem longitudinaliter diſſectus, cum ſemine in ſitu. D.) Staminum columnula, filamentorum reliquiis ciliata. E.) Semen integrum, ſeparatum. F.) Idem transverſe ſectum. G.) Albumen ſeparatum, (per errorem inverſe depictum.) H.) Embryonis ſitus intra integumentum. I.) Idem ſolutus.

142. ALLIONIA.

LINN. *gen.* 117. *ed. Schreb.* 151. JUSS. *gen. p.* 195.
LAMARCK *ill. gen. t.* 58.

Involucrum florale tripartitum, triflorum, erectum, perſiſtens; foliolis ovatis, ſcabriuſculis.

Cal. obſoletus, in corollam abiens. Cor. monopetala, infundibuliformis; tubus tenuis; limbus inæqualis, e latere externo productus, ſubquadrifidus. Stam. 4.; filamentis ſetaceis; antheris ſubrotundis. Ovar. intra calycem occultum; ſtylo ſimplici, ſtaminibus longiore; ſtigmate capitato. Per. Capſula angulata, margine muricata. Semen unicum, ovatum, baſi anſatum. Alb. centrale, farinoſum. Emb. convolutus, cotyledonibus deflexis.

ALLIONIA incarnata. Tab. 214. fig. 2.

Wedelia. LOEFL. *it. p.* 180.

Allionia foliis oblique cordatis, calycibus triphyllis trifloris. LINN. *ſpec. pl. p.* 147. *Syſt. veg. ed.* 14. *p.* 147. WILLD. *ſpec. pl. T.* 1. *P.* 1. *p.* 563. PERSOON *ſyn.* 1. *p.* 122.

Icon. L'HERIT. *ſtirp. t.* 31.

Ex collectione Cl. DESFONTAINES, & a D^no^ DUPUIS.

FRUCT. rotundato-trigonus, conſtans ex capſulis tribus approximatis, & involucro tripartito connivente comprehenſis, ſeſſilibus.

PER.

Per. Capſula angulata, ovato-oblonga, in vertice truncata, margine aculeis extrorſum flexis conniventibus & involucro florali adhærentibus armata, medio ſulco longitudinali ſulcata & duabus globulorum pedunculatorum ſeriebus inſtructa; in dorſo vero, quo capſulæ ſibi accumbunt, in ſulcum intermedium elevatæ; ſecundum ſuturas in quatuor valvulas partibilis, ſtraminea, unilocularis, monoſperma.

Rec. ſemen ope funiculi umbilicalis bifidi, ad utrumque latus ſeminis a baſi ad verticem fere adſcendentis, capſulæ adhæret.

Sem. unicum, loculamento paulo anguſtius, ovatum, lenticulari-compreſſiuſculum, baſi radicula protuberante quaſi anſatum, glabrum, cinereum.

Int. ſimplex, membranaceum, craſſiuſculum, facile detrahendum.

Alb. centrale, ligulatum, hinc ſulco longitudinali pro radiculæ lectulo exaratum, inde in dorſum acutum elevatum & cotyledonibus equitantibus immerſum, a quibus undique obtegitur, farinoſum, candidiſſimum.

Emb. magnitudine fere ſeminis, ovatus, compreſſiuſculus, convolutus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ, ad radiculam deflexæ, circa albumen convolutæ, l. equitantes, concavæ. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, arcuata, compreſſiuſcula, linearis, obtuſa, ad baſin ſeminis deſcendens, umbilico proxima.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. b. B.) Capſula integra, a latere exteriore, & C.) Eadem, a parte interiore viſa. D.) Ejusdem ſectio transverſalis. E.) Dorſum capſulæ, ſecundum ſuturam ſeparatum, baſi iterum in duas valvulas partibile, cum ſemine in ſitu. f. F.) Semen ſolutum, ab utraque parte ſpectatum. G.) Idem medio transverſe diſſectum. H.) Albumen ſolutum. I.) Embryo ſeparatus.

Capſularum ſuperficies & ipſarum aculei marginales toti in ſubſtantiam cryſtallino-glutinoſam aqua emolliuntur.

An revera congener A. *violacea* L.?

143. SCHWENKIA.

Linn. *gen.* 1233. *ed. Schreb.* 38. Juss. *gen. p.* 123.

Cal. monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus, ſtriatus, inferus, perſiſtens. Cor. monopetala, tubuloſa; fauce inflata, plicis quinque glanduloſis ſtellatim diſpoſitis clauſa; glandulæ duæ ſuperiores longiores. Stam. 5.: duo fertilia ſuperiora, longiora: tria caſtrata, ſetacea. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici; ſtigmate obtuſo. Capſ. ovata, parva, bilocularis; diſſep. valvis parallelum. Rec. diſſepimento marginato adnatum. Sem. numeroſa, angulata, umbilicata. Alb. carnoſum. Emb. transverſus; rad. centrifuga.

SCHWENKIA americana. Tab. 214. fig. 3.

Schwenkia. LINN. *gen. pl. p. 567. Syst. veg. ed. 14. p. 64.* AIT. *hort. kew. 1. p. 29.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 106.*

Ex dono amicissimi D[ni] DECANDOLLE.

PER. Capsula parva, ovata, turgide lenticularis, versus apicem mucronulatum magis compressa, calyci insistens, coriacea, glabra, pallide spadicea, longitudinaliter dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum subliberum, crassiusculum, margine incrassato undulato instructum, valvis parallelum.

REC. ovatum, dissepimento medio utrinque adnatum, convexum, scrobiculato-punctatum, quibus eminentiis semina arcte sibi approximata umbilicis adhærent.

SEM. numerosa, hinc convexa, inde angulata l. cuneato-truncata, obtusa, ad basin umbilico minimo immerso instructa, subtilissime versus umbilicum lineata, fusca.

INT. simplex, crassiusculum, crustaceo-coriaceum, adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. transverse in albumine locatus, centralis, ovato-oblongus, fere medullaris, lacteus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* crassiuscula, ovata, obtusa, ab umbilico externo remota, centrifuga!

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra. B.) Eadem dehiscens. C.) Ejusdem sectio transversalis. D.) Valvula altera ablata, cum forma & situ dissepimenti atque receptaculi. e. E.) Semina separata. F. G.) Embryonis situs intra albumen. H.) Idem solutus.

144. CHYTRA.

Cal. monophyllus, tubulosus, l. subcampanulatus, basi ventricosus, sexdentatus, persistens. Cor. . . Stam. . . Ovar. superum; stylo simplici . . . Caps. ovata, bisulcata, bilocularis, bivalvis; dissepimento valvis contrario. Rec. fungosum, adnatum. Sem. numerosa, oblonga. Alb. subnullum! Emb. tereti-oblongus, centripetus.

CHYTRA anomala. Tab. 214. fig. 4.

Ex collectione Cl. DESFONTAINES sub nomine *Peripeae.*

PER. Capsula ovata, l. ovato-elliptica, a calyce supra medium excepta, apice styli reliquiis fastigiata, utrinque sulco intermedio longitudinali exarata, coriacea, apice tantum dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum

coria-

coriaceo-membranaceum, tenue, valvis contrarium & ipsarum sulco externo insertum.

Rec. dissepimento utrinque basi lata adnatum, ovatum, margine liberum, fungosum, punctis minimis elevatis scabriusculum, quibus semina umbilicis adhaerent.

Sem. numerosa, minutula, oblonga, utrinque obtusa, striato-reticulata, basi umbilicata, centripeta, spadicea.

Int. duplex: *exterius* membranaceo-reticulatum, tenue, laxiusculum, facile detrahendum; *interius* externo paulo brevius, crassiusculum, validum, l. subchartaceum; lutescens intus cum lamina tenui carnosa intime conferruminatum.

Alb. nullum! nisi laminam tenuem carnosam ab integumento interno non separabilem sumas.

Emb. erectus, tereti-oblongus, utrinque obtusus, lacteo-albus. *Cotyl.* breves, obtusae. *Rad.* teres, longa, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Capsula integra. b.) Eadem dehiscens. c.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Valvula altera, cum dissepimento & receptaculi situ. e. E.) Semina separata. F. G.) Ejusdem sectio transversalis & longitudinalis, cum situ embryonis. H.) Embryo solutus.

Integumenti interni fabrica & ejus cum albumine mixtio in hac stirpe quam maxime singularis & exceptis Sebestinis veris plane inaudita.

145. GERARDIA.

Plum. *gen. t.* 12. Linn. *gen.* 747. *ed. Schreb.* 1004. Juss. *gen. p.* 119. Lamarck *ill. gen. t.* 529.

Cal. monophyllus, inferus, quinquefidus, persistens. Cor. monopetala, ringens, tubulosa, bilabiata; labio superiore erecto, latiore, emarginato: inferiore reflexo, tripartito. Stam. 4. didynama. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate obtuso. Capsula coriacea, rostrata, bilocularis, bivalvis: dissepimento valvis contrario, & cum ipsis longitudinaliter dehiscente. Rec. angustissima, dissepimento longitudinaliter affixa. Sem. numerosa, integumento laxo gyroso aucta. Alb. carnosum. Emb. ovatus: rad. discreta.

Gerardia flava. Tab. 114. fig. 5.

Digitalis procerior floridana, jaceae nigrae dissectis foliis, floribus albis amplioribus. Plukn. *alm. p.* 71. *t.* 389. *f.* 1.

Anonymos floribus flavis speciosis digitali aequalibus. GRON. *virg. p. 94.*
Gerardia foliis lanceolatis pinnato-dentatis, caule simplicissimo. LINN. *spec. pl. p. 848. Syst. veg. ed. 14. p. 553.* WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 223.* MICHAUX *flor. bor. amer. 2. p. 19.* PERSOON *syn. 2. p. 154.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capsula coriacea, ovata, utrinque attenuata, hinc calyci insistens, inde in rostrum acuminatum protracta, compressiuscula, longitudinaliter bisulcata, setulis minimis conspersa, ab apice dehiscens, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum angustum, sursum deliquescens, sulcis externis insertum, & inde valvis contrarium, medio vero cum ipsis longitudinaliter dehiscens.

REC. angusta, fungosa, mediante lamina tenui duplicata angusta dissepimenti suturae inserta, & cum dehiscente capsula bifida.

SEM. plurima, inaequabilia, integumento externo gyroso ampliata, pallida; nucleus fuscus ovatus, punctis excavatis transversis scabratus, basi ope funiculi umbilicalis brevis integumento externo arctius adhaerens & per ipsum transparens.

INT. duplex: *exterius* laxissimum, membranaceum, in plicas superficiales gyrosas ampliatum, hinc inde nucleo adhaerens, reticulatum, pallidum; *interius* striis transversis reticulatim dispositis insignitum, adnatum, firmum.

ALB. nucleo conforme, carnosum, album.

EMB. ovatus, erectus, compressiusculus, lacteo-albus. *Cotyl.* ellipticae, subfoliaceae, l. plano-convexiusculae, obtusae. *Rad.* parva, discreta, ovata, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Capsula integra. b.) Eadem a calyce denudata, dehiscens. c.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ & forma receptaculorum. d.) Valvula altera separata, cum seminibus in situ. e. E.) Semina separata. F.) Nucleus, ab integumento interno denudatus, basi funiculo umbilicali brevissimo instructus. G. H.) Albumen transverse & longitudinaliter dissectum, cum situ & forma embryonis. I.) Embryo solutus.

Proxime a Bartsia p. 109. t. 198. distat.

146. HERPESTIS.

Cal. pentaphyllus, inaequalis, persistens; foliolis tribus exterioribus cordatis, reticulato-venosis: interioribus duobus subulatis, conniventibus, acutis. Cor. monopetala . . . Stam. . . . Ovar. superum; stylo simplici; stigm. . . . Caps. ovata, bilocularis, quadrivalvis: dissep. cum altero valvularum pare parallelum. Rec. dissepimento utrinque adnata. Sem. numerosa, oblonga. Alb. carnosum. Emb. ovato-oblongus: rad. centripeta.

Herpestis rotundifolia. Tab. 214. fig. 6.

an *Monniera rotundifolia?* Michaux *flor. bor. amer.* 2. *p.* 22.

Ex America septentrionali a D^no^ Bosc, ex collectione Cel. Desfontaines.

Per. Capsula parva, ovata, intra calycem maturitate grandefactum recondita, longitudinaliter dehiscens, bilocularis, quadrivalvis. Valvulæ æquales, membranaceæ, tenues, subdiaphanæ, siccitate tortiles. Dissepimentum membranaceum, cum altero pare valvularum parallelum & ipsarum suturæ insertum, altero pari autem contrarium, ovatum, acuminatum.

Rec. dissepimento utrinque affixa, ovato-acuminata, convexiuscula, exigua, eminentiis minimis scabriuscula.

Sem. numerosa, minima, oblonga, utrinque obtusa, punctis excavatis longitudinalibus reticulata, basi umbilicata, centripeta, fusca.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, tereti-oblongus l. cylindricus, erectus, albus. *Cotyl.* breves, obtusæ. *Rad.* teres, longa, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. b.) Capsulæ situs intra calycem, ablatis duobus foliolis exterioribus majoribus. C.) Capsula integra, non dehiscens, cum duobus foliolis calycinis subulatis conniventibus basi capsulæ affixis. D.) Eadem plane denudata, dehiscens. E.) Capsulæ sectio transversalis. F.) Valvulæ duæ ablatæ, ut dissepimenti forma & situs appareat. g. G.) Semina separata. H. I.) Ejusdem sectio transversalis æque ac longitudinalis, cum albumine & situ embryonis. K.) Embryo solutus.

147. MONNIERIA.

Brown *jam. t.* 28. *f.* 3. Gratiola. Linn. *gen.* 29. *ed. Schreb.* 37. Juss. *gen. p.* 121.

Cal. basi bibracteatus, pentaphyllus, inæqualis, persistens; foliolis tribus exterioribus subcordatis, alterum altero majore: interioribus duobus lineari-subulatis, acuminatis, nervo intermedio notatis, suturæ capsulæ oppositis. Cor. subcampanulata, subæqualis; tubo recto, longitudine calycis; limbo quinquepartito: laciniis subæqualibus, obtusis. Stam. 4. didynama; filamenta tubo inserta, duo longiora corollæ tubum æquantia; antheræ ovatæ, compressæ. Ovar. superum; stylo filiformi, paululum inclinato; stigmate capitato.

pitato. Capsula membranacea, bilocularis, bivalvis; dissep. valvis parallelo. Rec. dissepimento affixa. Sem. numerosa, oblonga. Alb. carnosum. Emb. tereti-oblongus; rad. centripeta.

MONNIERIA cuneifolia. Tab. 214. fig. 7.

Monniera glaberrima: foliis cuneato-obovatis superne obsolete subcrenatis: pedunculis folia subaequantibus. MICHAUX *flor. bor. amer.* 2. *p.* 22. PERSOON *syn.* 2. *p.* 166.

Ex America septentrionali a D^no^ BOSC, ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capsula parva, ovata, stylo persistente curvulo supra basin in nodulum incrassato fastigiata, ad suturas longitudinaliter sulcata, a seminibus protuberantibus puncticulato-tessalata, bilocularis, bivalvis. Valvulæ naviculares, membranaceæ, tenues, longitudinaliter dehiscentes. Dissepimentum membranaceum, valvis parallelum.

REC. ovatum, dissepimento utrinque adnatum, convexiusculum, scrobiculato-punctatum, fungosum.

SEM. numerosa, minutula, oblonga, punctis oblongis immersis reticulata, umbilico parvo ad basin instructa, centripeta, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, vaginale, carnosum, album.

EMB. semine paulo brevior, tereti-oblongus, erectus, albus. *Cotyl.* breves, obtusæ. *Rad.* oblonga, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer. B.) Foliola duo calycina exteriora ablata, ut capsula in situ appareat. C.) Capsula integra, separata. D.) Ejusdem & dissepimenti sectio transversalis. e. E.) Semina soluta. F.) Albuminis sectio transversalis. G.) Idem longitudinaliter dissectum, cum forma & situ embryonis. H.) Embryo solutus.

Gratiola *Monnieri* & fortasse etiam *virginiana* L. (Carpol. 1. p. 251.) huc referendæ.

148. GRATIOLA.

LINN. *gen.* 29. *ed. Schreb.* 37. JUSS. *gen. p.* 121. LAMARCK *ill. gen. t.* 16. *f.* 1.

Cal. profundissime quinquepartitus, nudus; laciniis inæqualibus, majoribus ovatis, acutis, unica vero lineari cæteris longiore. Cor. monopetala, tubulosa,

losa, inæqualis; tubo longo; limbo subbilabiato, l. quadripartito; lacinia superiore subreflexa emarginata paulo latiore, tribus reliquis æqualibus rectiusculis obtusis. Stam. 4., quorum duo castrata; filamentis filiformibus, longitudine tubi; antheris ovato-cordatis, bilocularibus. Ovar. superum; stylo filiformi, corolla paullo breviore; stigmate bilamellato, obtuso. Capf. membranacea, parva, bilocularis, bivalvis: dissepimentum valvis parallelum. Rec. valde exiguum. Alb. carnosum. Emb. curvulus.

Gratiola dominigensis. Tab. 214. fig. 8.

Gratiola glabra, pedunculis brevibus solitariis oppositis, foliis ovatis sessilibus subquinquenerviis.

Habitat in Inf. Hispaniola, a D^no^ Poiteau.

Per. Capsula parva, a calycis laciniis obtecta, ovata, bisulca, lutescens, bilocularis, bivalvis. Valvulæ naviculares, membranaceæ, subdiaphanæ. Dissepimentum membranaceum, tenuissimum; valvis parallelum.

Rec. superficialia, l. saltem maxime exigua, dissepimento utrinque adnata, & vix ab ipso discriminata, puncticulata.

Sem. numerosa, minuta, ovata, l. ovato-oblonga, obsolete angulata, ad verticem mucronulata, curvula, scrobiculato-reticulata, straminea.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. albumine paulo brevior, teretiusculus, ovato-oblongus, l. subclavatus, curvulus, erectus, aqueo-pallidus. *Cotyl.* breves, semiteretes, obtusæ. *Rad.* longa, obtusiuscula, umbilico obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. B.) Capsula separata, non dehiscens. C.) Ejusdem sectio transversalis. D.) Dissepimentum valvulæ alteri adhærens. e. E.) Semina soluta. F.) Albumen transverse dissectum. G.) Embryonis situs intra albumen. H.) Idem separatus.

149. MICRANTHEMUM.

Michaux *flor. bor. amer.* 1. *p.* 10. Globifera.
Gmel. *syst. veg.* 1. *p.* 32.

Cal. profundissime quadripartitus, inferus, persistens; laciniis oblongis, obtusis, l. subspatulatis, duabus superioribus angustioribus. Cor. monopetala, calyce paulo longior, subcampanulata; tubo brevissimo; limbo quadripartito, subbilabiato: lacinia superiore minore acuta, reliquis æqualibus obtusis patentius.

tiusculis. Stam. 2., filamentis incurvis, basi appendiculatis; antheris rectis. Ovar. superum; stylo simplici, declinato, longitudine staminum; stigmate capitato, depresso. Caps. minima, globosa, unilocularis, trivalvis. Rec. breve, penicilliforme. Sem. minutissima, oblonga, angulata. Alb. carnosum. Emb. oblongus, curvulus.

MICRANTHEMUM orbiculatum. Tab. 214. fig. 9.

Anonymos umbrosa; caule repente; foliis subrotundis sessilibus, integris, oppositis; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis. WALT. *flor. carol. p. 63.*

Globifera umbrosa. GMEL. *syst. veg.* l. c. PERSOON *syn. 1. p. 14.*

Micranthemum. MICHAUX l. c. VAHL *enum. pl. 1. p. 54.*

Icon. MICHAUX l. c. *t. 2.*

Ex Carolina a D^no^ BOSC, ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capsula minima, globosa, l. ovato-globosa, intra calycem persistentem paulo obliquum recondita, membranacea, glabra, unilocularis, trivalvis. Valvulæ naviculares, acutæ.

REC. columnare, breve, liberum, penicilliforme, l. funiculis umbilicalibus filiformibus divergentibus hirtum, quibus seminula umbilicis adhærent.

SEM. numerosa, minutissima, ovata, l. ovato-oblonga, curvula, apice mucronulata, basi vero umbilicata, angulata, scrobiculis minimis transversis exarata, straminea.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. longitudine fere albuminis, oblongus l. subclavatus, rectiusculus l. leviter curvatus, erectus, lacteus. *Cotyl.* breves, semiteretes, obtusæ. *Rad.* longa, tereti-attenuata, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. B.) Capsula integra, clausa. C.) Eadem dehiscens. D.) Ejusdem sectio transversalis, cum receptaculo in fundo. e. E.) Semina separata. F.) Semen transverse sectum. G.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis intra albumen. H.) Embryo solutus.

150. ANARRHINUM.

DESFONT. *fl. atl.* 2. *p.* 51. Antirrhinum. LINN. JUSS.

Cal. quinquepartits, persistens. Cor. ringens, tubulosa, basi calcarata; fauce patente, palato prominulo destituta, bilabiata: labio superiore bilobo erecto obtu-

obtuso, inferiore trilobo. Stam. 4. didynama, non exserta. Ovar. superum, stylo & stigmate simplici. Capsula obcordato-subglobosa, ad latera ab apice valvalis linearibus dehiscens, bilocularis. Rec. fungosa, dissepimento utrinque affixa. Sem. numerosa, punctis elevatis exasperata. Alb. carnosum. Emb. curvulus.

ANARRHINUM fruticosum. Tab. 214. fig. 10.

Anarrhinum frutescens, ramis virgatis filiformibus, foliis perennantibus imis spatulatis, racemis interruptis, corollis ecaudatis. DESFONT. *fl. atl.* 2. *p.* 52.

Anarrhinum foliis inferioribus cuneiformibus tridentatis, superioribus lineari-lanceolatis integerrimis, racemis filiformibus, caule frutescente. WILLD. *spec. pl. T.* 3. *P.* 1. *p.* 261. PERSOON *syn.* 2. *p.* 159.

Icon. DESFONT. l. c. *t.* 142.

Ex collectione Cel. DESFONTAINES.

PER. Capsula parva, obcordato-subglobosa, compressiuscula, l. turgide lenticularis, coriacea, calyci persistenti insistens, styli reliquiis fastigiata, in ambitu per valvulas duas oppositas lineari-oblongas a vertice ad basin usque a capsula discedentes dehiscens, bilocularis. Dissepimentum coriaceum, lateribus capsulæ circumcirca adnatum.

REC. subglobosa, brevissime pedicellata, l. paululum a dissepimento distantia, cui in utroque latere in medio affixa, fungosa, tuberculis acuminatis scabrata, quibus semina adhærent.

SEM. plurima, ovata, punctis minimis elevatis scabrata, l. muricata, atra.

INT. duplex: *exterius* crassiusculum, coriaceo-membranaceum, reticulatum, facile detrahendum; *interius* membranaceum, tenue, adnatum, sordide fuscum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, subclavatus, erectus, mollis, aqueo-pallidus. *Cotyl.* semiteretes, dimidium embryonem vix mentientes, obtusæ. *Rad.* longa, conica, crassa, obtusa, umbilico obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra. B.) Eadem dehiscens. C.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semina separata. E. F.) Albuminis sectio transversalis & longitudinalis, cum situ & forma embryonis. G.) Embryo solutus.

151. LINOCIERA.

SWARZ *flor. ind. occid.* t. 2. SCHREB. *gen.* 1709.

Cal. monophyllus, parvus, quadripartitus, inferus, persistens. Cor. subtetrapetala, l. monopetala, profundissime quadripartita; tubo brevissimo; laciniis longis, linearibus, patentibus, reflexis. Stam. duo, opposita; filamentis brevissimis, sub incisuris corollæ insertis; antheris linearibus. Ovar. superum; stylo simplici, brevi; stigmate conico, compressiusculo. Drupa sicca, bilocularis. Rec. funiculus umbilicalis brevis. Sem. solitaria, axipendula. Alb. carnosum. Emb. ovatus, inversus.

LINOCIERA latifolia. Tab. 215. fig. 1.

Chionanthus (domingensis,) foliis ovatis utrinque glabris, panicula terminali subcymosa, calycibus laevibus. LAM. *ill. gen. 1. p. 30.*

Linociera (latifolia,) floribus paniculatis, pedicellis trifloris, floribus sessilibus, foliis ellipticis acuminatis. VAHL *enum. pl. 1. p. 46.*

Ex Insula Hispaniola cum sequente, a D^no^ POITEAU.

PER. Drupa dimidio pollice vix major, sicca, ovata, utrinque attenuata, octogona: angulis alternis majoribus; calyci persistenti insistens, in vertice areola parva a lapsu styli notata, glabra, e ferrugineo lutescens. Caro tenuis, fungosa, maturitate exsucca, lutescens. Putamen figura drupæ, octogonum: angulis rotundatis; cum dissepimento parallele compressiusculum, osseum, non admodum crassum, evalve, suturis tamen spuriis oppositis dissepimento contrariis intus notatum, biloculare. Dissepimentum tenue, osseo-membranaceum, utrinque stria intermedia coloratiore insignitum. Loculamenta lanceolata, plano-convexa, monosperma.

REC. funiculus umbilicalis brevis, incurvus, simplex, e dissepimento paulum sub apice deosum porrectus, semen pendulum gerens.

SEM. solitari, inversa, ovata, ad apicem brevissime & obtuse mucronulata, plano-convexa, striis ex umbilico ad verticem sito divergentibus notata, leviter pubescentia, sordide cinerea.

INT. simplex, membranaceum, tenue, adnatum.

ALB. tenue, carnosum, sordide album.

EMB. ovatus, l. ellipticus, inversus, compressus, albus. *Cotyl.* ovatæ, carnosæ, subfoliaceæ, plano convexiusculæ, incumbentes; altera externa sulco elevato intermedio notata; altera vero interna carina intermedia inscripta. *Rad.* parva, ovata, discreta, compressiuscula, obtusa, umbilico obversa, supera.

EXPLI.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem medio transverse dissecta. c.) Ejusdem sectio longitudinalis secundum situm dissepimenti, cum insertione funiculi umbilicalis. d. e.) Semen separatum, a parte interna & externa visum. f.) Albumen transverse sectum. g.) Embryonis situs intra albumen, a latere externo visus. H.) Embryo solutus, a parte interna spectatus.

LINOCIERA ligustrina. ibid.

Thouinia foliis lanceolatis paniculatis terminalibus, floribus erectis. SWARZ *prodr. p. 15.*

Chionanthus foliis lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis subtetrapetalis. PERSOON *syn. 1. p. 9.*

Linociera. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 154.* SWARZ *flor. ind. occid. 1. p. 50.*

Linociera floribus paniculatis pedicellatis, petalis reflexis, foliis lanceolatis. VAHL *enum. pl. 1. p. 46.*

Drupa (a.) baccata, parva, ovalis, stylo clavato fastigiata, glabra. Caro tenuis, putamini adnata. Putamen (b.) figura drupæ, chartaceum, tenue, biloculare, suturis spuriis insignitum. Dissepimentum tenue, suturis contrarium. Semina (c.) solitaria, inversa, ovato-acuminata, pallida. Albumen (d.) & Embryo (e.) ut in priore.

Cl. WILLDENOW l. c. loculamenta dicit disperma, forsan a mala Swarzii icone in errorem inductus.

152. FONTANESIA.

LA BILLARD. *pl. syr.* 1. *t.* 1.

Cal. monophyllus, minimus, quadripartitus, inferus, persistens. Cor. monopetala, profundissime biloba; lobis bipartitis, ovatis, obtusis, patentissimis. Stam. duo, opposita; filamentis setaceis, corolla longioribus, ad fissuram loborum corollæ insertis. Ovar. superum; stylo simplici, compresso, staminibus breviore, bifido; stigmatibus simplicibus, acutis. Samara ovata 2 — l. 3 — alata, 2 — l. 3 — locularis: loculamentis monospermis. Rec. funiculus umbilicalis brevis. Sem. oblonga, axipendula. Alb. carnosum. Emb. inversus.

FONTANESIA phylliræoides. Tab. 215. fig. 2.

Fontanesia. LA BILLARD. l. c. *p. 9.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 52.* PERSOON *syn. 1. p. 10.* VAHL *enum. pl. 1. p. 37.*

Icon. LA BILLARD. l. c. DUHAM. *arb. ed. nov. t. 5.*

Ex dono Cl. LA BILLARDIERE.

Per. Samara parva, obovata, emarginata, compressa, stylo persistente fastigiata, margine undulata, bi- l. rarius tri-alatá, longitudinaliter striata, e stramineo rufescens, bi- l. rarius tri-locularis. Dissepimentum angustissimum, alis contarium; subduplicatum, l. canali compresso per axem fructus adscendente excavatum.

Rec. funiculus umbilicalis filiformis, simplex, in singulo loculamento singulus, ex dissepimento paulo sub apice deorsum porrectus, seminis verticem dorsumque adeuns & ipsum pendulum gerens.

Sem. solitaria, compressiuscula, oblonga, l. xyphiiformia, ad basin mucrone dorsali instructa, ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, tenue, ad dorsum cum funiculo umbilicali coloratiore undique conferruminatum.

Alb. semini conforme, carnosum, tenue, vaginale, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, oblongus, cultri obtusiusculi formam exacte referens, inversus, lacteus. *Cotyl.* oblongae, obtusae, oblique rotundatae, radicula paulo latiores, ad dorsum vero cum radicula rectae, plano convexiusculae, accumbentes. *Rad.* lineari-oblonga, cotyledonibus paulo angustior, atque brevior, recta, compressiuscula, obtusa, supera.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Samara bialata, integra. B.) Eadem medio transverse dissecta, cum seminibus. c.) Ejusdem sectio verticalis, cum situ & magnitudine naturali seminum. D.) Semina soluta. E.) Seminis sectio transversalis. F.) Albuminis sectio verticalis, cum embryone in situ. G.) Embryo solutus.

Samaram trilocularem mihi nondum videre contigit.

153. STRUTHIOLA.

Linn. *mant.* 1244. *gen. ed. Schreb.* 216. **Juss.** *gen. p.* 77. **Lamarck** *ill. gen. t.* 78.

Cal. nullus, praeter corollam. Cor. monopetala, tubulosa, persistens, marcescens; tubus longus, filiformis, sub fauce parum ampliatus; limbus quadrifidus: laciniis lanceolatis, acuminatis, patentibus. Glandulae octo, ovato-oblongae, ad faucem corollae locatae & basi ciliis cinctae. Stam. quatuor, supremae tubi parti ampliatae inserta, subsessilia; filamenta brevissima; antherae ovatae, ad apicem angustatae, emarginato-truncatae, compressiusculae, longitudinaliter plicatae, erectae. Ovar. superum; stylo simplici, laterali, setaceo, stamina non attingente; stigmate capitato, pubescente. Nux corticata, unilocularis, evalvis. Rec. nullum. Sem. unicum. Alb. carnosum. Emb....

STRUTHIOLA erecta. Tab. 215. fig. 3.

Nectandra (tetrandra,) foliis linearibus imbricatis glabris, floribus lateralibus, nectariis octonis. BERG. *fl. cap. p. 133.*

Struthiola glabra. LINN. *mant. p. 41. Syst. veg. ed. 14. p. 164.*

Struthiola foliis linearibus glabris, ramis glabris tetragonis. THUNB. *prod. p. 76.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 692.* PERSOON *syn. 1. p. 148.*

Icon. WENDL. *obs. t. 2. f. 10.*

PER. Nux parva, intra corollam inclusa, ovata, apice curvula acuminata, corticata. Cortex tenuis. Putamen tenue, uniloculare, evalve.

REC. nullum; præter funiculum umbilicalem, filiformem, e corticis apice ad putaminis basin descendentem & ibi affixum.

SEM. unicum, cavitatem putaminis replens, ovato-acuminatum, pallidum.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum.

ALB. semini conforme, crassum, carnosum.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Flos integer. B.) Corolla longitudinaliter fissa, cum situ staminum atque glandularum. C.) Anthera separata, a parte externa atque interna visa. d. D.) Ovarium, cum stylo. E.) Glandula separata. F.) Nux integra. G.) Eadem medio transverse dissecta.

154. LACHNAEA. Roy.

LINN. *gen.* 490. *ed. Schreb.* 669. JUSS. *gen. p.* 77.
LAMARCK *ill. gen. t.* 292.

Cal. nullus; nisi corollam velis. Cor. monopetala, tubulosa; tubo longo, villoso ad faucem dilatato; limbo quadripartito, inæquali. Stam. octo, exserta; filamentis setaceis, summo tubo insertis; antheris ovatis, erectis. Ovar. superum; stylo simplici, sublaterali; stigmate capitato, hispido. Nucula corticata, unilocularis, evalvis. Sem. unicum. Alb. crassum, carnosum. Emb. linearis, inversus.

LACHNAEA eriocephala. Tab. 215. fig. 4.

Passerina (eriocephala,) foliis linearibus convexis imbricatis, capitulis lanatis. THUNB. *prod. p. 75.*

Lachnaea capitulis solitariis lanatis, foliis quadrifariam imbricatis. LINN. *spec. pl. p. 514. Syst. veg. ed. 14. p. 374.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 434.* PERSOON *syn. 1. p. 438.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Nucula minima, supera, intra corollam persistentem abscondita, ovata, in rostellum incurvum sursum attenuata, corticata, glabra, viridiuscula. Cortex tenuis, carnosus, putamini adnatus. Putamen figura nuculæ, basi mucronulatum, osseo-testaceum, tenue, evalve, uniloculare, monospermum.

REC. funiculus umbilicalis, filiformis, a vertice putaminis in ventre descendens & ejus basin adeuns.

SEM. unicum, cavitatem putaminis exacte replens, sursum acuminato-rostellatum, basi mucronulatum, erectum, pallidum, l. lutescens.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum, adnatum, basi *chalaza* parva ferruginea notatum.

ALB. semini conforme, crassum, carnosum, lutescens.

EMB. longitudine fere albuminis & in ejus axi apici propius quam basi locatus, linearis, rectus, compressiusculus, inversus, albus. *Cotyl.* lineares, rotundato-obtusæ, semiteretiusculæ, accumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, linearis, oblique conice acuminata, umbilico externo contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Corolla emarcida, fructum obvestiens. B.) Eadem magnitudine aucta, tubo ablato. c. C.) Nucula integra, a latere visa. D.) Eadem paulum a ventre visa. E.) Ejusdem sectio transversalis, corticem cum putamine junctum ostendens. F.) Putamen longitudinaliter apertum, cum situ seminis. G.) Semen separatum. H. I.) Albuminis sectio transversalis & longitudinalis, cum situ & forma embryonis. K.) Embryo solutus.

155. LAGETTA.

JUSS. *gen. p.* 77. LAMARCK *ill. gen. t.* 289.

Cal. nullus; nisi corollam velis. Cor. monopetala, ovato-oblonga, medio ventricosa, fauce coarctata, stylo tantum pervia, subcoriacea, tomentosa, glandulis quatuor instructa, quadrifida, persistens. Stam. octo; filamentis brevissimis, fauci corollæ supra tomentum insertis; antheris oblongis, erectis. Ovar. superum; stylo simplici, brevi; stigmate truncato. Nux a corolla persistente tunicata, hirta, corticata, supera. Rec. nullum. Sem. unicum, erectum. Alb. exiguum, carnosum. Emb. inversus.

LAGETTA lintearia. Tab. 215. fig. 5.

Laurifolia arbor folio longo mucronato levi splendente, cortice interiore in telas plurimas linearum aemulas extensili. SLOAN *jam.* 137. *hist.* 2. *p.* 22. *t.* 168. *f.* 1. 2. 3. *t.* 169. *f.* 1.

Daphne (*Lagetto,*) *spicis paniculatis terminalibus, foliis ovatis acutis.* SWARZ *prod. p.* 63. *Fl. ind. occid.* 2. *p.* 680. WILLD. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 419. *Lagetta.*

Lagetta. LAMARCK *dict. 3. p. 376.* PERSOON *syn. 1. p. 434.*
Bois dentelle. Gall. NICOLS. *doming. 172. t. 1. f. 1 — 5.*
Ex dono Cl. DUPUIS.

PER. Nux superâ, a corolla coriacea fusca persistente laxiuscule tunicata, l. intra ipsam plane abscondita, ovata l. elliptica, utrinque paululum attenuata, corollæ fundo adnata, setulis sericeis lutescentibus erectis hirta, corticata. Cortex tenuis, coriaceo-membranaceus, putamini adnatus. Putamen ovatum, utrinque attenuatum, ad basin a vasis umbilicalibus perterebratum, tenue, subosseum l. testaceum, fragile, uniloculare, evalve.

REC. nullum; nux fundo calycis affixa, & semen basi putaminis adhærens.

SEM. unicum, ovato-acuminatum, ad basin umbilico protuberante instructum, erectum, pallidum.

INT. simplex, membranaceum, tenuissimum.

ALB. semini conforme, exiguum, carnosum, album.

EMB. albumine paulo brevior, ellipticus, inversus, albus. *Cotyl.* ovatæ, carnosæ, plano-convexæ, accumbentes. *Rad.* brevissima, obtusiuscula l. tubercularis, umbilico contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Nux a corolla adhuc tunicata. b.) Nux denudata. c.) Eadem separata. d. e.) Corticis & putaminis sectio longitudinalis & transversalis. f.) Semen separatum. g.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Embryo solutus.

De Embryonis figura non satis sum certus.

Albumen in hac stirpe valde exiguum, uti in nonnullis aliis generibus ex Thymelæarum ordine, in quibus quidem semper adest albumen, at in laminam carnosam integumenti nonunquam attenuatum.

156. PASSERINA.

LINN. *gen.* 489. *ed. Schreb.* 668. JUSS. *gen. p.* 77.

Flores basi stipulis duabus muniti, interdum dioici.

Cal. nullus, præter corollam. Cor. monopetala, marcescens, persistens; tubo medio ventricoso; limbo quadrifido, patente, in fructu vero recto, laciniis conniventibus. Stam. octo, exserta; filamenta setacea, summo tubo inserta; antheræ erectæ. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi, sublaterali; stigmate capitato, hispidulo. Nux parva, corticata, unilocularis, evalvis. Rec.

funi-

funiculus umbilicalis, filiformis. Sem. unicum, erectum. Alb. tenue, carnosum. Emb inversus, rad. discreta.

Passerina nivalis. Tab. 215. fig. 6.

Passerina ramis prostratis, foliis linearibus obtusiusculis carnosis subciliatis, floribus axillaribus dioicis. RAMOND *Bullet. de la Soc. philom. n. 41. p. 131. f. 4.*

In alpibus pyrenaicis legit amicissimus D[r] STROMEYER, Prof. Gotting.

Per. Nux minuta, supera, a corolla persistente viridiuscula emarcida tunicata, elliptico-acuminata, styli reliquiis fastigiata, setulis minimis adpressis conspersa, pallide spadicea, corticata. Cortex membranaceus, tenuis, a putamine lubenter secedens. Putamen nuci conforme, apice vero curvulum, lineis profundis longitudinalibus striatum, ad ventrem sulco inscriptum, basi cicatrice umbilicali tuberculari orbiculari rufa, cui vasa umbilicalia inserta, insignitum, osseum, fragile, modice crassum, atro-fuscum, uniloculare, evalve, monospermum.

Rec. nux fundo corollæ adnata; putamen ope funiculi umbilicalis filiformis a corticis apice per ventrem putaminis ad ipsius basin descendentis cortici affixum; semen ipsum fundo putaminis adhæret.

Sem. unicum, cavitatem testæ exacte replens, elliptico-acuminatum, erectum, dilute ferrugineum.

Int. simplex, membranaceum, tenuissimum, adnatum, basi *chalaza* fusca notatum.

Emb. semine paulo brevior, inversus, lacteus. *Cotyl.* ellipticæ, obtusæ, crassiusculæ, carnosæ, plano-convexæ, accumbentes. *Rad.* rhomboideo-l. ovato-acuminata, compressiuscula, dimidias cotyledones longitudine æquans, discreta, umbilico contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. B.) Corolla longitudinaliter dimidiata, cum nucula in situ. C.) Nucula a corolla tunicante denudata. d. D.) Putamen a cortice solutum, cum vasis umbilicalibus, ipsius basi insertis. E.) Idem cum seminibus transverse dissectum. F.) Embryonis situs intra albumen. G.) Idem solutus.

157. CONOSPERMUM.

SMITH, *Act. Soc. Linn. Lond.* 4. *p.* 213.

Flores basi bractea auriculata longe mucronata vestiti.

Cal. nullus, præter corollam. Cor. monopetala, tubulosa, decidua; tubus longus, extus hirtus; limbo inæquali, bilabiato: labio superiore erecto, ovato,

to, mucronulato, fornicato, margine revoluto; inferiore paululum deflexo, tripartito: laciniis linearibus, intermedia paulo minore. Stam. quatuor, ad labium superius adscendentia; filamentis brevissimis, fauci insertis, basi glanduliferis; antheris ovatis, unilocularibus, superioribus dorso connatis, lateralibus connatis. Ovar. superum, ciliatum; stylus longitudine corollæ; stigma medio tortuosum, incrassatum, ad fornicem labii superioris flexum, obtusum. Nux inverse conica, ciliis coronata, coriacea. Sem. solitarium. Alb. carnosum. Emb. . . .

CONOSPERMUM taxifolium. Tab. 215. fig. 7.

Habitat in Nova Hollandia, ex collectione Banksiana.

PER. Nucula parva, inverse pyramidata l. conica, turbinata, extus setulis minimis rectis hispida, ad verticem vero per ambitum ciliis longis rectis densisque coronata, in vertice ipso paululum immerso convexiusculo glabro fasciculo setarum erectarum penicilliformi condecorata, coriacea, sicca, cortice destituta, a basi in valvulas quatuor cultro fissilis, rufescens, unilocularis, monosperma.

REC. nullum; semen apici loculamenti leviter adhæret.

SEM. unicum, cavitatem nucis exacte replens, turbinatum, inverse conicum, ad verticem convexiusculum, dilute ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum, tenue, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, crassum, carnosum, candidum.

EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A. B.) Nucula integra. C.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum sutura ad basin. D.) Eadem transverse secta. e. E.) Semen separatum, integrum. F.) Albumen verticali modo dissectum.

In multiplici albuminis sectione nullum embryonis l. cotyledonum vestigium inveni; basis vero mucronulata radiculæ speciem habuisse mihi visa est. Cæterum phænomenon memorabile dignum non infrequens in seminibus hujus plagæ observavi, quod albumen cum lectulo plane sit efformatum, quamvis nullum embryonis vestigium adsit, in aliis quidem ejusdem speciei seminibus obvium.

DRAPETES.

Flores terminales, aggregati, involucro universali monophyllo brevissimo collecti.

Cal. *communis*, diphyllus, multiflorus; *proprius* pilis barbatus. Cor. monopetala, æqualis. Sem. villosiuscula. Rec. parvum, nudum. BANKS *Mss.*

DRAPE-

DRAPETES muſcoides. Tab. 215. fig. 8.

Drapetes. LAMARCK *Journ. d'Hiſt. nat. n. 5. p. 186. t. 10.* PERSOON *ſyn. 1. p. 148.*

A Cl. LAMBERT.

(De fructu nil addere poſſum.)

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Plantula integra, foliis oppoſitis oblongis ſeſſilibus concavis apice hirſutis. B.) Flores in capitulum baſi involucro diphyllo deciduo munitum congeſti, faſciculato-agregati, breviſſime pedicellati. C.) Receptaculum ſeparatum, ſubglobofum, ſetulis albidis ſericeis crinitum.

158. CALLIGONUM.

LINN. *gen.* 680. JUSS. *gen. p.* 83. LAMARCK *ill. gen. t.* 410. Polygonoides. TOURN. *inſt. t.* 478.

Cal. pentaphyllus: foliolis ovatis, obtuſis, ſubæqualibus, perſiſtentibus, reflexis. Cor. nulla; niſi calycem velis. Stam. 12—15; filamentis brevibus, calycis baſi inſertis, perſiſtentibus. Ovar. ſuperum; ſtyli tres, (rarius duo l. quatuor,) breves, ſtigmatibus capitatis. Nux coriacea, tetragona: angulis ala duplici ſpinuloſa aut integra inſtructis; unilocularis. Rec. nullum. Sem. unicum, quadrilobum. Alb. farinoſum. Emb. inverſus, linearis.

CALLIGONUM polygonoides. Tab. 215. fig. 9.

Polygonoides orientale ephedrae facie. TOURN. *it. 2. p. 147.* cum icone.

Calligonum. LINN. *ſpec. pl. p. 748. Syſt. veg. ed. 14. p. 502.*

Calligonum fructibus cancellatis ſetis ramoſis rigidis. L'HERIT. *Act. Soc. Linn. Lond. 1. p. 179.* WILLD. *ſpec. pl. T. 2. P. 2. p. 926.* PERSOON *ſyn. 2. p. 19.*

Ex Aegypto ab amiciſſimo D^no^ DELILE.

PER. Nux fere pollicaris ſupera, ovata, ſurſum acuminata, tetragona, coriacea, caſtanea l. ſpadicea, unilocularis, evalvis. Anguli nucis duplici ala membranacea anguſta per ambitum cancellato-ſpinuloſa l. muricata inſtructi: ſpinulæ rigidæ, apice trifidæ & cum proximis adeo intertextæ, ut nux tota abſcondita ſit. Loculamentum cruciato-quadrilobum.

REC. nullum, ſemen fundo nucis, arcte adnatum.

SEM. unicum, erectum, elliptico-acuminatum, cruciato-molendinaceum, l. quadrilobum, lobis ſurſum in angulos abeuntibus, ſpadiceum l. ferrugineum.

INT.

INT. ſimpliciſſimum, albumini arcte adnatum.

ALB. ſemini conforme, farinoſum, candidiſſimum.

EMB. linearis, albumine paulo brevior, nec ipſius apicem attingens, inverſus, rectus, teretiuſculus, lacteus. *Cotyl.* lineares, longæ, ſulco levi diſtinctæ, ſemiteretes, obtuſæ, accumbentes. *Rad.* linearis, teretiuſcula, cotyledonibus paulo brevior, umbilico externo contraria, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Nux integra. b.) Ejusdem ſectio transverſalis. c.) Semen ſeparatum. D.) Albuminis ſectio transverſalis. E.) Idem ſecundum lobos oppoſitos longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. f. F.) Embryo ſolutus.

Ex his liquet Pallaſiam, cujus character p. 28. hujus operis proſtat, a Calligono genere non eſſe diverſam; cum in ambobus embryonis ſitus atque forma eadem ſit. Fig. G.) emendatam embryonis C. *Pallaſiæ* figuram ſiſtit, ad exempla probe matura ex collectione Cl. DESFONTAINES confectam; cujus itaque deſcriptio ibid. p. 29. ſic mutanda:

EMB. albumine paulo brevior, linearis, inverſus, teretiuſculus, lacteus. *Cotyl.* dimidiam embryonem longitudine mentientes, lineares, ſemiteretes, medio paulo craſſiores, obtuſiuſculæ. *Rad.* tereti-oblonga, acuminata, ſupera.

159. NYSSA.

LINN. *gen.* 1163. *ed. Schreb.* 1599. JUSS. *gen. p.* 75. LAMARCK *ill. gen. t.* 851.

Flores hermaphroditi & mares in diverſis plantis.

MAS. Cal. quadripartitus, patens. Cor. nulla. Stam. decem; filamentis ſubulatis, calyci inſertis & ipſo brevioribus; antheris didymis, longitudine filamentorum. Ovar. nullum.

HERMAPH. Cal. quadrifidus, ſuperus, deciduus. Cor. nulla. Stam. quinque; filamentis ſubulatis, erectis; antheris ſimplicibus. Ovar. inferum; ſtylo ſimplici, ſubulato, incurvo; ſtigmate ſimplici. Drupa baccata; putamine inæquabili, uniloculari. Rec. nullum. Sem. unicum, compreſſiuſculum. Alb. tenue, carnoſum. Emb. inverſus; rad. brevi, curvula.

NYSSA montana. Tab. 216. fig. 1.

an *Nyssa foliis longe petiolatis, inferioribus subcordatis, plerisque ovalibus, acuminatis, rariter angulato-dentatis: pedunculis foemineis unifloris.* MICH. *flor. bor. amer.* 2. p. 259?

A Cl. VENTENAT.

PER. Drupa sesquipollicaris, infera, obovato-oblonga, utrinque mucronata, pedunculo longo insidens, compressiuscula, l. hinc planiuscula inde convexa, baccata, dilute fusca l. spadicea. Cuticula valida, lævigata, verrucis parvis raris albidisque conspersa. Caro tenuis, siccitate evanescens, vasis validis rugis putaminis adhærentibus percursa. Putamen ex obovato ellipticum, utrinque acuminatum, angulatum, rugis elevatis ramosis acutis inæquabile, scabrum, in dorso magis convexum, crassiusculum, ex fibris osseo-chartaceis intime intertextis compaginatum, durum, pallidum, uniloculare, evalve. Loculamentum angustum, obovato-oblongum, apice mucronato-acuminatum, & in canalem tenuissimum abeuns, compressiusculum, membrana propria putamini adnata vestitum.

REC. nullum.

SEM. unicum, cavitatem putaminis exacte replens, obovato-oblongum, ad verticem mucronulato-acuminatum, plano-convexum, sulco hinc elevato inde profundo longitudinali insignitum, ex sulco parallele subtilissime lineatum, leviter undulatum, lutescens l. ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum, tenue, adnatum, ad basin *chalazà* parva obscuriore instructum.

ALB. semini conforme, tenue, ad marginem in membranam extenuatum, apice vero crassum, carnosum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, inversus, compressus, albus. *Cotyl.* lanceolatæ, obtusæ, basi obliquæ, foliaceæ, nervosæ, undulatæ, accumbentes. *Rad.* brevis, teretiuscula, curvula, obtusa, umbilico contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra, pedunculo destituta. b.) Eadem cum putamine transverse dissecta. c.) Putamen parte planiore a carne denudatum, & ejus situs intra carnem. d.) Idem separatum, & ab altera parte convexiore visum. e.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ seminis. f.) Semen solutum, ab altera parte convexiore spectatum. g.) Embryonis situs intra albumen.

NYSSA biflora. ibid.

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

Drupæ (a.) binæ pedunculo communi insidentes, ovato-orbiculatæ (b.), extus lenticulari-convexæ, inde planiusculæ, per ambitum rotundato-obtusæ, ad verticem areola parva a calycis lapsu notatæ, sulcis obsoletis striatæ, baccatæ. Caro (c.) tenuis a putamine lubenter secedens. Putamen (d.) figura fere

fere drupæ, obovatum, apice mucronulatum, turgide lenticulare, extus vero magis convexum, sulcis elevatis rotundatis longitudinalibus protuberantibus inscriptum, crassiusculum, durum, subosseum, pallidum, uniloculare, evalve. Loculamentum (e.) compressiusculum, plano-convexiusculum, obovato-mucronulatum, membrana propria vestitum. Semen (f.) unicum, obovato-ellipticum, in vertice mucronulatum, compressiusculum, hinc convexum, inde subconcavum & sulco intermedio elevato insignitum, pallide ferrugineum. Albumen (g.) tenue, carnosum. Embryo (H.) albumine paulo brevior, inversus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, obtusæ. *Rad.* brevis.

NYSSA denticulata. ibid.

A Cl. VENTENAT, & ex dono Cl. HERMANN, defunct. Prof. Argentor.

Drupa (a.) obovata, turgide lenticularis, l. vix compressiuscula, baccata, glabra. Caro (b.) crassiuscula, firma. Putamen (c. d.) ellipticum, vix compressiusculum, sulcis rotundatis insignitum, durum, subosseum, lutescens. Semen (e.) longe obellipticum, compressiusculum, secundum longitudinem leviter plicatum, l. hinc convexum & sulco intermedio exaratum, inde subconcavum & sulco elevato insignitum. Albumen (f. g.) crassius, cætera ut in prioribus. Embryo (H.) ut in priore.

Embryo Nyssæ oleo unguinoso scatet.

160. ELAEAGNUS.

TOURN. *inst.* *t.* 489. LINN. *gen.* 159. *ed.* *Schreb.* 213.
JUSS. *gen.* *p.* 75. LAMARCK *ill.* *gen.* *t.* 73.

Cal. monophyllus, superus, campanulatus, quadrifidus, extus scaber, intus coloratus, deciduus. Cor. nulla. Stam. quatuor; filamentis brevissimis, ad incisuram calycis insertis; antheris incumbentibus. Ovar. inferum; stylo & stigmate simplici. Drupa baccata, carne exsucca. Putamen oblongum, uniloculare, monospermum. Sem. oblongum, acuminatum. Alb. carnosum. Emb. . . .

ELAEAGNUS angustifolia. Tab. 216. fig. 1.

Olea sylvestris, folio molli incano. BAUH. *pin.* *p.* *472.*

Elaeagnus. CAM. *epit.* *p.* *106.*

Elaeagnus inermis foliis lanceolatis. LINN. *spec.* *pl.* *p.* *176.* *Syst.* *veg.* *ed.* *14.* *p.* *163.* WILLD. *spec.* *pl.* *T.* *1.* *P.* *1.* *p.* *688.* PERSOON *syn.* *1.* *p.* *148.*

Icon. DU HAMEL *arb.* *1.* *t.* *89.* PALLAS *flor.* *ross.* *1.* *t.* *4.*

A Cl. HERMANN, def. Prof. Argent.

Per. Drupa semipollicaris; baccata, ovata, basi umbilicata, pedunculo brevi insidens, in vertice calycis reliquiis obtuse mucronata, turbinata. Cuticula tenuis, rufescens l. ferruginea, tomento albido levi conspersa. Caro fungosa, exsucca, siccitate spongiosa, friabilis, putamini arcte adnata. Putamen oblongum, osseum, durum, atrofuscum, fasciis longitudinalibus remotiusculis insignitum, crassiusculum, uniloculare, evalve. Loculamentum subulatum, longissimum & ad summum putaminis apicem pertingens, intus membrana propria albida vestitum.

Rec. nullum; semen basi loculamenti affixum.

Sem. cavitatem loculamenti replens, oblongum, in mucronem longum subulatum productum, erectum, ferrugineum.

Int. simplex, membranaceum, tenue . . .

Alb. semini conforme, carnosum . . .

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem transverse dissecta. c.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ & forma putaminis atque loculamenti. d.) Semen separatum. e.) Idem transverse sectum.

In pluribus drupis ne unicum semen maturum inveni.

161. OSYRIS.

Linn. *gen.* 1101. *ed. Schreb.* 1497. **Juss.** *gen. p.* 75. **Lamarck** *ill. gen. t.* 802. Casia. **Tourn.** *inst. t.* 488.

Flores rarius hermaphroditi, frequentius sexu distincti in diversis plantis.

Mas. Cal. monophyllus, turbinatus, trifidus. Cor. nulla. Stam. tria; filamentis brevissimis.

Foem. Cal. ut in mare, minimus, persistens. Cor. nulla. Stam. rudimenta tria. Ovar. inferum; stylo simplici, longitudine staminum; stigmate tripartito, patente. Drupa globosa, calyce adpresso coronata. Putamen crustaceum, uniloculare, monospermum. Sem. unicum, globosum, erectum. Alb. crassissimum, carnosum. Emb. inversus, obliquus.

Osyris alba. Tab. 216. fig. 3.

Casia pontica monspeliensium. **Cam.** *epit.* 26. **Lob.** *ic.* 432.

Osyris foliis linearibus, acutis. **Loefl.** *it. p.* 269.

Osyris

Osyris foliis linearibus. LINN. *spec. pl. p. 1450. Syst. veg. ed. 14. p. 881.*
Ab amicissimo D[re] COLSMANN, med. Hafn., & ex dono D[ris] ROEMER.

PER. Drupa parva, juniperi galbulum vix excedens, baccata, globosa, subinfera, l. calyce minimo adnato paulum sub vertice nudo mucronulatoque coronata, glabra, rubra. Caro debilis, coriacea, adnata, lutescens. Putamen globosum, ad verticem mucrone cruciato-trilobo instructum, crustaceum, fragile, tenue, evalve, uniloculare, monospermum.

REC. nullum: semen fundo putaminis ope funiculi umbilicalis brevis semini adpressi adnatum.

SEM. unicum, cavitatem putaminis exacte replens, globosum, in vertice mucronulatum, erectum, pallidum.

INT. simplex, membranaceum, tenue, albumini adnatum.

ALB. semini conforme, crassissimum, carnosum, album.

EMB. inversus, prope verticem albuminis & citra ejus axem locatus, oblique descendens, ad axem incurvus, teretiusculus, medio paulo crassior, lacteus. *Cotyl.* semiteretiusculae, l. leviter incurvae, attenuatae, longae, incumbentes. *Rad.* brevis, conico-teretiuscula, mucronulata, umbilico contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. b.) Drupa integra diversae magnitudinis. c.) Eadem medio transverse dissecta. d.) Putamen integrum, separatum, paulo a vertice spectatum. e.) Semen solutum, a vertice, & f.) Idem a basi visum. g.) Albumen transverse dissectum. h.) Ejusdem sectio verticalis, cum situ embryonis. I.) Embryo solutus.

CONOCARPUS. Conf. Carpol. Vol. II. p. 470.

CONOCARPUS procumbens. Tab. 216. fig. 4.

Conocarpus procumbens, foliis obovatis. JACQ. *amer. p. 79.* LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 217.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 995.* PERSOON *syn. 1. p. 211.*

Icon. JACQ. *amer. t. 52. f. 2. ed. pict. t. 260. f. 22.* (folium.)
Ex Insula Hispaniola a D[no] POITEAU.

Fructus (a.) strobilaceus, conflatus ex samaris (b.) parvis, coriaceis, axi communi spiraliter affixis, cochleariformibus, l. ovatis: superne convexis turgidulis, in duas alas rotundatas ampliatis: inferne autem concavis, sulco intermedio insignitis, substantia alba spongiosa farctis, e ruso fuscis, unilocularibus, monospermis. Rec. nullum; semen fundo loculamenti affixum. Semen (C. d. D.) unicum, centripetum, ovatum, dorso gibbum, ad ven-

ventrem planiusculum l. leviter convexum, & vasis umbilicalibus ferrugineis undique cum integumento deliquescentibus insignitum, album. Int. simplex, membranaceum, crassiusculum, *chalaza* parva ferruginea ad summum ventrem insignitum. Albumen (E.) semini conforme, carnosum, album. Embryo prope basin albuminis locatus. . . . *Cotyl.* ovatae. . . . *Rad.* brevis, teretiuscula, obtusa, mucronulata, umbilico externo contraria, centrifuga.

Inter has samaras nondum plane maturas & inveni alias (F. G.), quarum loculamenta substantia spongiosa alba, striis rufescentibus intermixta, repleta erant; in apice hujus substantiae (G.) in proprio lectulo duo corpuscula (H.) oblonga, compressa, angusto margine cincta & funiculo tenuissimo adhaerentia, locata sunt. An itaque in ovariis virgineis ovula bina adsunt, quorum vero unicum constanter abortat; an embryo est geminus aut deformatus. Ii, quibus occasio data est, fructum recentem & bene maturum videndi, dubium solvant.

Radiculam quidem, primam post foecundationem partem conformatam, uti punctum saliens in ovis incubatis, dictinctissime vidi, quamvis de embryonis figura non satis sim certus. Hoc genus raro fructus maturos proferre videtur.

162. BUGINVILLAEA.

Juss. *gen. p.* 91. Lamarck *ill. gen. t.* 294.

Involucrum florale bracteatum, cordatum, venosum, prope basin ex nervo principali florem dimittens.

Cal. monophyllus, inferus, tubulosus, basi subventricosus, sursum paululum angustatus, cum corolla continuus, persistens, fructum occultans. Cor. monopetala, in calycem degenerans, tubulosa, infundibuliformis, limbo recto, subintegro l. dentato. Stam. octo; filamentis linearibus, non exsertis, deorsum in tubum brevem basi calycis insertum persistentem coalitis; antheris erectis, ovatis. Ovar. superum; stylo simplici, laterali; stigmate simplici, pubescente, obtuso. Capsula pseudo-leguminosa, subinflata, monosperma. Rec. funiculus umbilicalis, columnaris. Sem. unicum, subglobosum. Alb. . . . Emb. . . .

Buginvillaea spectabilis. Tab. 216. fig. 5.

Buginvillaea. Willd. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 348.

Buginvillaea bracteata. Persoon *syn.* 1. *p.* 418.

Ex collectione Cl. Desfontaines.

Per. Capsula intra calycem persistentem abscondita, parva, pseudoleguminosa, subinflata, hinc in pedunculum a tubo filamentorum cinctum & basi caly-

calycis infertum attenuata, inde in verticem lateraliter ad dorfum ftylo perfiftente faftigiata, membranacea, unilocularis, monofperma.

Rec. funiculus umbilicalis validus, columnaris, ex fundo capfulæ per pedunculum affurgens & femen in fitu erecto fuftinens.

Sem. unicum, fubglobofum, bafi truncatum, nitidum, fufcum.

Int. craffiufculum. . . .

Alb. . . . **Emb.** . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Fructus integer, involucro florali infiftens. b.) Calyx longitudinaliter apertus, capfulam in fitu oftendens. C.) Capfula e calyce foluta, bafi filamentorum difco cylindraceo cincta. D.) Ejusdem fectio longitudinalis, cum femine in fitu. E.) Funiculus umbilicalis feparatus, femen fuftinens. F.) Semen folutum.

Fructus in fpeciminibus noftris adhuc longe a maturitate diftabant, fortaffe defcriptio partium emendanda.

CATAPPA. Conf. Carpol. Vol. II. p. 206.

Catappa gujanenfis. Tab. 217. fig. 1.

Icon. Lamarck *ill. gen. t. 848. f. 3.*

Habitat in Infula Cayenne. Ex collectione Cl. Desfontaines.

Drupa (a.) duos pollices lata & fefquipollicem longa, rotundato-rhomboidea, apice emarginata, compreffa, medio a protuberante putamine utrinque convexa & fulco obfoleto rotundato longitudinaliter fulcata, transverfe rugofo-ftriata, ficca, viridis. Cortex (b.) coriaceus, tenuis, glaber, fubftantia albida intus ftipatus, in duas alas coriaceas rigidas rotundatas ultra putamen productus. Putamen ovatum, offeum, ad marginem cariofum & intime cum fubftantia fpongiofa connatum, compreffiufculum, longitudinaliter fulcatum, uniloculare. Loculamentum oblongum, obfolete tetragonum, monofpermum. Semen (c. d.) unicum, ovato-oblongum, ad verticem mucronulatum, ad bafin obtufum & *chalaza* nigro-fufca notatum, ferrugineum.

Catappa mauritiana.

Terminalia mauritiana. Lam. *dict. 1. p. 349.*

Drupa Catappæ *Benzoin* fimilima fed paulo major obcordata & in emarginatione mucronata. Cætera ut in hac.

163. BUCIDA.

LINN. *gen.* 541. *ed. Schreb.* 758. JUSS. *gen. p.* 75. LAMARCK *ill. gen. t.* 356. Buceras. BROWN *jam. t.* 23. *f.* 1.

Cal. monophyllus, campanulatus l. urceolatus, ſuperus, quinquedentatus, deciduus. Cor. nulla. Stam. decem; filamenta linearia, duplici ſerie diſpoſita; quinque inferiora baſi calycis inſerta, cum ſuperioribus longioribus ad inciſuras calycis alternantia; antheræ erectæ, didymæ. Ovar. inferum, ſtylo ſimplici ſubulato, calycem ſuperante; ſtigmate ſimplici, acuto. Drupa baccata. Putamen angulatum, uniloculare. Rec. nullum. Sem. unicum, cylindraceo-oblongum. Alb. nullum. Emb. inverſus; cotyledonibus convolutis.

BUCIDA capitata. Tab. 217. fig. 2.

Bucida floribus capitato-ſpicatis, foliis cuneiformibus margine villoſo-ciliatis. VAHL *ecl. amer.* 1. *p.* 50. PERSOON *ſyn.* 1. *p.* 485.

Icon. VAHL l. c. *t.* 8.

Tavernon. Gall.

Ex Inſula Hiſpaniola a D^{no} POITEAU.

PER. Drupa pollicaris, infera, baccata, ovata, purpurea, utrinque attenuata hinc in mucronem breviſſimum acuminatum, inde in pedunculum brevem obtuſiuſculum. Cuticula tenuis, glabra. Caro craſſa, mollis, flaveſcens, dulcis. Putamen ovatum, utrinque acuminatum, octangulum, totitemque ſulcis rotundatis exaratum, craſſum, oſſeum, luteſcens, uniloculare. Loculamentum tereti-oblongum, baſi obtuſum, apice acuminatum, ad latera oppoſita ſtria longitudinali l. ſutura ſpuria inſignitum, evalve, monoſpermum.

REC. nullum: ſemen baſi loculamenti adhærens.

SEM. unicum, erectum, tereti-oblongum, l. obſoletiſſime rotundato-tetragonum, baſi obtuſum, apice conico-acuminatum, pallidum.

INT. ſimplex, membranaceum, validum, facile detrahendum, baſi *chalaza* lata ferruginea l. fuſca inſignitum.

ALB. nullum.

EMB. tereti-oblongus, verſus apicem conice attenuatus, inverſus, albus. *Cotyl.* longitudinaliter convolutæ, foliaceo-carnoſæ, magnæ, ovatæ, obtuſæ. *Rad.* brevis, intra cotyledones convolutas abſcondita & vix apice ex ipſis prominula, conica, umbilico e diametro contraria, ſupera.

EXPLI.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem cum putamine medio transverse dissecta. c.) Semen separatum, integrum. d.) Ejusdum sectio transversalis, e.) Embryo solutus. F. G.) Idem medio transverse dissectus.

164. LAGUNCULARIA.

Cal. monophyllus, superus, breviter tubulosus, l. subcampanulatus, quinquepartitus, persistens; laciniis obtusis, rotundatis. Cor. petala quinque, minima, ad incisuras calycis inserta, obtusa, patula, caduca. Stam. decem; filamenta duplici serie calycis tubo inserta, subulata, alterna longiora, calyce vix breviora; antheræ subrotundæ. Ovar. inferum; stylo simplici, subulato, staminibus breviore; stigmate capitato. Nux marginata, coriacea calyce coronata, evalvis. Rec. nullum. Sem. unicum, inversum. Alb. nullum. Emb. inversus; cotyledonibus convolutis; radicula longissima.

LAGUNCULARIA racemosa. Tab. 217. fig. 3.

Mangle julifera foliis ellipticis ex adverso nascentibus. SLOAN *hist. jam.* 2. *p.* 68.

Conocarpus foliis elliptico-ovatis, petiolis biglandulatis, racemis laxis, fructibus sejunctis. BROWN *jam. p.* 159.

Conocarpus floribus completis remotis. JACQ. *amer. p.* 80.

Conocarpus foliis lanceolato-ovatis obtusiusculis, fructibus segregatis. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 217. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 995. SWARZ *obs. bot. p.* 79. PERSOON *syn.* 1. *p.* 211.

Icon. JACQ. l. c. *t.* 53. *ed. pict. t.* 79.

Montachiba. Peruv. Collect. Sem. Mus. Paris.

Ex Insula Hispaniola, a D^no^ POITEAU.

PER. Nux vix pollicaris & minor, ex obovato-oblonga, calyce persistente coronata, & intra illum stylo brevi instructa, ad latera duo opposita alis incompletis l. antis sursum in dentem brevissimum acutum solutis deorsum vero deliquescentibus aucta, sulcis exiguis elevatis longitudinalibus striata, coriacea, ferruginea, albido-pubescens, evalvis, unilocularis, monosperma.

REC. nullum: semen ope funiculi umbilicalis brevissimi apici loculamenti affixum.

SEM. unicum, inversum, fusiforme, l. obovato-oblongum, deorsum acuminatum, apice obtusum, rufum.

INT. simplex, membranaceum, crassiusculum, funiculo umbilicali cum ipso undique connatato & ad basin seminis decurrente insignitum.

Alb. nullum.

Emb. forma & magnitudine seminis, inversus, viridiusculus. *Cotyl.* foliaceo-carnosæ, magnæ, supra radiculam convolutæ atque recurvæ. *Rad.* longa, in axi embryonis libere ad apicem fere cotyledonum descendens, fere tota intra ipsas recondita & apice tantum prominula, teretiuscula, adscendens, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Nux integra. b.) Eadem longitudinaliter dissecta, cum semine in situ. c.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Semen separatum, integrum. e.) Ejusdem sectio transversalis. f.) Embryo solutus. g.) Idem cotyledonibus evolutis, ut figura & insertio radiculæ in conspectum veniat.

An flos vere corolla instructus?

165. GETONIA.

Roxb. *pl. corom. t.* 87. Calycopteris. Lamarck *ill. gen. t.* 357.

Cal. monophyllus, superus, persistens; tubo brevi, ventricoso; limbo quinquepartito: laciniis lanceolatis, acutis trinerviis, patentiusculis. Cor. nulla. Stam. decem, exserta, laciniis calycis breviora; filamenta subulata, duplici ordine disposita: exteriora ad incisuras, interiora cum prioribus alternantia prope fundum calycis inserta; antheræ incumbentes, orbiculares, didymæ. Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi, longitudine staminum, subincurvo, pubescente; stigmate simplici, obtuso. Nux ovato-oblonga, calyce coronata, corticata, rotundato-pentagona, unilocularis, evalvis. Sem. unicum, ovato-acuminatum. Alb. . . . Emb. . . .

Getonia floribunda. Tab. 217. fig. 4.

Getonia. Roxb. l. c. *1. p. 64.* Persoon *syn. 1. p. 477.*

'A Cl. Lambert.

Per. Nux infera, cum calyce persistente coronante connata, ovato-oblonga, quinqueloba: lobis rotundatis incrassatis; totidemque sulcis profundis exarata, pubescens, corticata, unilocularis, evalvis. Cortex coriaceus, crassiusculus, putamini adnatus. Putamen nuci conforme, crassiusculum, quinquelobum, durum, subosseum, album, uniloculare; loculamentum ovato-acuminatum.

Rec. nullum; semen basi loculamenti adnatum?

Sem. unicum, ovato-oblongum, sursum acuminatum, erectum.

Int. . . . **Alb.** . . . **Emb.** . . .

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Ovarium immaturum. b.) Idem longitudinaliter dimidiatum, cum ſtaminibus & ſtylo in ſitu, & figura loculamenti. C.) Ejusdem ſectio transverſalis.

Deſcriptio ſeminis &c. ex maturo fructu addenda.

166. BRABEJUM.

LINN. *mant. p.* 168. SCHREB. *gen.* 1580. JUSS. *gen. p.* 79. LAMARCK *ill. gen. t.* 847.

Flores in ſpicas congeſti, terni ex bractea communi ovata, maxima ex parte maſculi hermaphroditis paucioribus mixti.

Cal. nullus. Cor. monopetala, infundibuliformis, quadri- (l. rarius in maſculis floribus quinque-) partita; laciniis linearibus, ad apicem revolutis. Stam. quatuor; filamenta ad baſin laciniarum corollæ inſerta; antheræ filamentis intus adnatæ, cordatæ, erectæ, Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, filiformi; ſtigmate obtuſo. Drupa ſicca, denſiſſime villoſa; putamine uniloculari. Sem. unicum. Alb, , , , Emb, . . .

BRABEJUM ſtellulifolium. Tab. 217. fig. 5.

Amygdalus aethiopica, fructu holoſericeo. BREYN. *cent. 1. t. 1.*

Arbor aethiopica hexaphylla, foliis circa caulem ad intervalla ſenis. PLUK. *alm. p. 47. t. 265. f. 3.*

Brabejum. LINN. *hort. cliff. p. 36. Spec. pl. p. 177. Syſt. veg. ed. 14. p. 910.* THUNB. *prod. p. 31.* PERSOON *ſyn. 1. p. 117.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Drupa pollicaris & ultra, ſupera, rhombeo-obovata, ad unum latus paulo craſſior, breviter pedunculata, ſtylo brevi ad verticem inſtructa, corticata. Cortex coriaceus craſſiuſculus, extus capillis linearibus brevibus denſiſſime in holoſericum molle & gilvum conſtipatis obtectus, intus putamini albicanti adnatus, duriuſculus. Putamen ſuboſſeum, ad verticem incraſſatum, uniloculare, evalve. Loculamentum compreſſiuſculum, intus glabrum, ad verticem magis gibbum.

REC. nullum; ſemen baſi putaminis adhærens.

SEM. unicum, erectum. . . .

INT. . . . ALB. . . . EMB. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Ejusdem ſectio longitudinalis. c.) Eadem transverſe diſſecta.

167. RUPALA.

AUBL. *guian.* t. 32. JUSS. *gen.* p. 79. LAMARCK *ill. gen.* t. 55.

Cal. nullus. Cor. quadripartita; laciniis longis, ex angusta basi spathulatis, supra concavis, obtusis, ad basin ovarii insertis, patentissimis, caducis. Glandulæ quatuor, nectariferæ, ad basin ovarii, cum corollæ laciniis alternæ. Stam. quatuor; filamentis brevissimis, ad medias corollæ lacinias insertis, erectis; antheris oblongis, obtusis, bilocularibus. Ovar. superum; stylo simplici, tereti, longo, clavato; stigmate simplici. Folliculus compressus, coriaceo-lignosus, unilocularis. Rec. nullum. Sem. gemina, inversa, compressa. Emb. cordatus, erectus.

RUPALA montana. Tab. 217. fig. 6.

Roupala. AUBL. *guian.* 1. p. 83. WILLD. *spec. pl.* T. 1. P. 1. p. 536. PERSOON *syn.* 1. p. 117.

Ex collectione Banksiana.

PER. Folliculus pollicaris, coriaceo-lignosus, pseudoleguminosus, oblique ovatus, hinc stylo longo filiformi-clavato sublaterali fastigiatus, inde in pedunculum brevem ad dorsum subrecurvum attenuatus, lenticulari-compressus, dorso autem paulo crassior, ad ventrem gibbosiorem longitudinaliter dehiscens, extus glaber, intus membrana argenteo-sericea vestitus, fuscus, unilocularis, evalvis. Loculamentum lenticulari-compressum, seminibus paulo latius.

REC. nullum: ad utrumque latus folliculi in supremo ventre papillula parva per dehiscentiam dimidiata, cui semen sui lateris ope funiculi umbilicalis, undique cum semine connati & per totam ipsius longitudinem basin usque decurrentis, affixum.

SEM. gemina, inversa, elliptica, foliaceo-compressa, in centro nucleo cordato fusco leviter protuberante notata, spadicea l. ferruginea.

INT. simplex chartaceum, firmum, in latum marginem tenuem membranaceum productum.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine & figura nuclei, cordatus, compressus, hinc convexus, inde leviter concavus, erectus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, amygdalino-carnosæ, nervosæ, basi fissæ: lacinulis auriculatis in lectulum pro radicula excavatis; accumbentes. *Rad.* parva, conico-acuminata, a cotyledonum lacinulis abscondita, umbilico externo e diametro contraria; infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Folliculus integer. b.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum seminibus in situ. c.) Semen separatum, ab utraque parte visum. d.) Ejusdem sectio transversalis. e. E.) Embryo solutus. f. g.) Cotyledones separatæ, ut insertio radiculæ visui pateat.

Em-

Embryo in hoc, uti in ſequentibus hujus ordinis generibus, oleo unguinoſo ſcatet.

168. LAMBERTIA.

SMITH *Act. Soc. Linn. Lond.* 4. *t.* 20.

Flores in capitulum oblongum, bracteis coloratis lineari-lanceolatis involucratum, congeſti.

Cal. nullus; niſi bracteas involucri ſumas. Cor. monopetala, profundiſſime quadrifida, decidua; laciniæ ſubulato-lineares, in tubum longum ſubtetragonum medio ventricoſum conniventes, apice ſpiraliter revolutæ, intus hirſutæ. Stam. quatuor, ſubſeſſilia; filamentis breviſſimis, ſub apice laciniarum corollæ inſerta; antheræ lineari-oblongæ, deflexæ, biloculares. Ovar. ſuperum; ſtylo longiſſimo, filiformi, hirto; ſtigmate ſimplici, oblongo, tetragono, acuminato. Capſula cornuta, lignoſa, unilocularis, bivalvis. Rec. nullum. Sem. duo, alata. Alb. nullum. Emb. erectus.

LAMBERTIA teretifolia. Tab. 217. fig. 7.

Lambertia ramulis rigidis, foliis ſparſis teretibus glabris apice mucronulatis.

Habitat in Nova Hollandia, a Cl. LAMBERT.

PER. Capſula ſeſquipollicaris, oblonga, compreſſiuſcula, ad ventrem magis gibba, in roſtrum anguſtum acuminatum attenuata, ad baſin obtuſa gibba & pedunculo brevi inſidens, ad utrumque latus prope baſin proceſſu transverſo membranaceo inſtructa, lignoſa, unilocularis, bivalvis. Valvulæ per dorſum & ventrem longitudinaliter dehiſcentes, baſi vero connatæ. Loculamentum curvato-lanceolatum, valde compreſſum, baſi vero fovea rotundata exſculptum.

REC. nullum: funiculus umbilicalis filiformis, brevis, ad baſin ſeminis adſcendens & mox cum integumento confluens.

SEM. gemina, hinc valvis commiſſa, lenticulari-convexa; inde ſibi contigua, plana, elongata in alam lanceolatam l. ligulatam, acuminatam, leviter obliquam, e fuſco ferrugineam; nucleus paululum obliquus, cordatus, margine acutus.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, in alam tenuem protractum; *interius* coriaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. nucleo conformis, obovatus, plano-convexus, erectus, albus. *Cotyl.* ovatæ, amygdalino-carnoſæ, incumbentes. *Rad.* conica, brevis, umbilico externo contraria, infera.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra. b. c.) Eadem secundum suturam divisa; valvula altera (b.) semen in situ; altera (c.) a semine liberata, loculamenti formam ostendens. d.) Nucleus transverse dissectus. e.) Embryo separatus.

Specimina mea non probe erant matura; hinc embryonis figura denuo recognoscenda.

169. EMBOTHRIUM.

FORST. *char. gen. t.* 8. LINN. *suppl. p.* 16. SCHREB. *gen.* 145. JUSS. *gen. p.* 79. LAMARCK *ill. gen. t.* 55. RUIZ & PAVON *prod. t.* 3.

Cal. nullus. Cor. longa, decidua, ante foecundationem tubulosa, apice subinflata, obtusa; post fœcundationem vero nunc monopetala, quadripartita; laciniis linearibus, apice paululum dilatatis, aut rectis, aut revolutis, foveola staminifera instructis; nunc petala quatuor, linearia, ad basin ovarii inserta, apice antherifera. Glandula nunc nulla; nunc unica, truncata, squamiformis; nunc duæ, tres, l. quatuor, ovario supra insertionem corollæ, l. basi ovarii adnatæ. Stam. quatuor, subsessilia, laciniarum corollæ l. petalorum foveolis immersa; filamentis nunc brevibus, nunc vix ullis; antheris ovatis, l. oblongis. Ovar. superum; stylo nunc simplici, lineari, incurvo: nunc subnullo l. brevissimo; stigmate peltato, deflexo. Folliculus coriaceus, ad ventrem longitudinaliter dehiscens, polyspermus. Rec. nullum. Sem. ad utrumque latus folliculi sursum imbricata, alata. Alb. nullum. Emb. erectus.

EMBOTHRIUM spathulatum. Tab. 218.

Embothrium spathulatum. CAV. *ic. t.* 388.

A Cl. LAMBERT, & ab amicissimo D^no^ DECANDOLLE.

PER. Folliculus tri- l. quadri-pollicaris, oblongus, ex pedunculo longo declinato incrassatus, teretiusculus, inde in stylum longum persistentem incurvum stigmate instructum attenuatus, duplicatus; lamina exteriore tenui, membranacea: interiore coriacea, crassa, ex fibris firmis candidis divergentibus conflata; cæterum glaber, fuscus; ad ventrem longitudinaliter dehiscens, unilocularis, polyspermus. Loculamentum compressiusculum, oblongum, utrinque acuminatum, ad marginem suturæ in utroque latere serie foveolarum a seminum impressionibus exsculptum, membrana propria tenui, dehiscente folliculo, per dorsum rumpente vestitum.

REC. nullum: funiculi umbilicales filiformes, a membrana loculamenti propria prope suturam provenientes, falcati, ad marginem seminum externum

num producti, adſcendentes, & demum in ſumma ala reflexi & nuclei apicem adeuntes, undique cum ala ſeminis coaliti.

Sem. ovata, ad utrumque latus folliculi ſurſum imbricata, convexitate foveolis commiſſa, hinc plana, inde ad baſin nucleo protuberante inæqualiter lenticulari-convexo inſignita, in alam longam membranaceam producta, ſubinverſa, fumoſa, l. e rufo fuſca.

Int. duplex, utrumque in alam ſeminis ampliatum: *exterius* tenue, membranaceum; *interius* cum funiculo umbilicali connatum, membranaceo-chartaceum, album.

Alb. nullum.

Emb. figura & magnitudine fere nuclei, erectus, viridiuſculus. *Cotyl.* ſuborbiculares, plano-convexiuſculæ, craſſiuſculæ, carnoſæ, baſi paululum fiſſæ. *Rad.* parva, fere tota intra cotyledones recondita, conica, umbilico externo contraria, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Folliculus integer. b.) Idem longitudinaliter dehiſcens ſeminibus excuſſis, ut foveolæ pro ſeminibus appareant. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Semen ſolutum, cum funiculo umbilicali. e.) Idem ab altero latere viſum. f.) Nucleus denudatus. g.) Pars ſeminis inferior, transverſe diſſecta. h.) Embryo ſeparatus. i.) Cotyledones ſeparatæ, a parte interna viſæ.

Embothrium myricoides. ibid.

Habitat in Nova Hollandia. Ex collectione Bankſiana, & a Cl. Lambert.

Folliculus (a.) ſesquipollicaris, coriaceus, ex pedunculo tenui incraſſatus, compreſſiuſculus, in ſtylum incurvum brevem attenuatus, ad ventrem longitudinaliter dehiſcens, unilocularis, polyſpermus. Rec. ut in priore. Semina (b. c. d.) in utroque latere ſurſum imbricata, erecta, in alam magnam obtuſiſſimam producta, a funiculo umbilicali cum ala undique connato marginata, ad baſin nucleo (e.) protuberante hinc planiuſculo inde convexo inſignita, e rufo fuſca. Integ. & Alb. ut in priore. Embryo (f. G. H.) cavitati nuclei conformis, erectus, ovatus, albus. *Cotyl.* obellipticæ, hinc convexæ, inde concavæ, foliaceo-carnoſæ, baſi profunde lobato-inciſæ, apice obtuſiſſimæ, & per ambitum denticulatæ! *Rad.* brevis, turbinata, ad apicem paululum incraſſata, in cotyledones dilatata, recta, umbilico contraria, infera.

170. CON-

170. CONCHIUM.

SMITH Act. Soc. Linn. Lond. 4. p. 115. Hakea.
CAV. 6. p. 24. Bankſia. Carpol. I. t. 47.

Cal. nullus. Cor. profundiſſime quadrifida, l. tetrapetala: petalis longis, linearibus, apice ſupra foveolatis, antheriferis. Stam. quatuor; filamenta ſubnulla: antheræ foveolis petalorum inſidentes. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, filiformi; ſtigmate turbinato, mucronato. Capſula corticata, lignoſa, dactyloidea, ventre longitudinaliter dehiſcens, unilocularis. Rec. nullum, præter funiculum umbilicalem. Sem. gemina, alata. Alb. nullum. Emb. erectus, carnoſus.

CONCHIUM cornutum. Tab. 219.

Habitat cum ſequentibus in Nova Hollandia prope Port Jackson. Ex collectione Bankſiana.

FRUCT. Capſulæ congregatæ, circum ramos diſpoſitæ.

PER. Capſula ſesqui- l. bipollicaris, ſubgloboſa, ex pedunculo brevi craſſo incraſſata, ad apicem breviſſime roſtrata, corticata, lignoſa, craſſa, unilocularis, diſperma. Cortex tenuis, coriaceus, per maturitatem capſulæ rimoſus, e cinereo ferrugineus. Loculamentum lanceolatum, utrinque acuminatum, excentricum, valde compreſſum, capſula ipſa dimidia parte anguſtius prope ventrem longitudinaliter locatum, ad baſin foveola profunda ſcrobiculata exſculptum.

REC. nullum: præter funiculum umbilicalem filiformem, e fundo capſulæ enatum & ſeminis apicem adeuns.

SEM. gemina, in alam tenuem ampliata, nucleo obovato hinc plano inde lenticulari-convexo & eminentiis obtuſis ſcrobiculato inſtructa, ſubinverſa, fumoſa, l. e cinnamomeo-fuſca.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, in alam extenuatum; *interius* membranaceo-chartaceum, tenue, nucleum obvolvens, luteſcens.

ALB. nullum.

EMB. nucleo conformis, erectus, plano-convexus, lacteus. *Cotyl.* obovatæ, obtuſiſſimæ, amygdalino-carnoſæ, hinc convexæ, inde concavæ l. planiuſculæ, baſi inciſæ. *Rad.* brevis, intra cotyledones immerſa, tereticonica, acuminata, umbilico externo contraria, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra, leviter dehiſcens. b.) Dimidia capſulæ pars, cum loculamento. c. d.) Semen ſeparatum, ab utraque parte viſum. e.) Nuclei ſectio transverſalis. f.) Embryonis ſitus pauluſum exſiccati intra integumentum. g.) Cotyledones ſeparatæ, a parte interna ſpectatæ, ut radiculæ inſertio in conſpectum veniat.

CON-

Conchium salicifolium. ibid.

Capsula (a.) pollicaris, ex pedunculo valido ovato-globosa, ad dorsum rectiuscula, per ventrem vero magis gibba, apice mucronulata, crassa, verrucis validis discretis conspersa, cæterum glabra, corticata, lignosa, ad ventrem longitudinaliter dehiscens, unilocularis, subbivalvis Cortex tenuis, coriaceus. Loculamentum (b.) valde compressum, ad dorsum capsulæ locatum, ad basin lectulo profundo pro nucleo instructum. Semina (c.) gemina, ex acuminata basi irregulariter obovata, ala magna ampliata, basi nucleo (d. E.) ovato-oblongo, plano-convexo leviterque scrobiculato instructa, spadiceo-fusca. Int. & Alb. ut in priore. Embryo (F.) nucleo conformis, erectus, lacteus. *Cotyl.* ovato-oblongæ, obtusæ, basi fissæ, amygdalino-carnosæ, extus obsolete rugosæ. *Rad.* parva, conico-acuminata.

Conchium nervosum. ibid.

Capsula (a.) pollicaris & ultra, ovato-globosa, crassa, per dorsum longitudinaliter sulcata, apice mucronulato-acuminata, corticata, lignosa, ventre longitudinaliter dehiscens, cinerea, unilocularis. Cortex tenuis, coriaceus, glaber, per maturitatem ephelide conspurcatus. Loculamentum (b.) valde compressum, obovatum, ad ventrem capsulæ locatum, basi superne foveolatum. Semina (c.) gemina, spadiceo-fusca, nucleo (d. e.) obovato plano-convexo leviter scrobiculato insignita. Embryo (f. g.) obovatus, erectus. *Cotyl.* (H.) cordatæ; leviter plicatæ: lobulis lateralibus introflexis. *Rad.* parva.

Conchium drupaceum. ibid.

A Cl. Labillardiere, cum sequente.

Capsula (a.) pollicaris, ovato-acuminata corticata, lignosa, e luteo spadicea. Cortex carnoso-coriaceus, epidermide glabra lævigata tectus. Loculamentum ad ventrem capsulæ depressum. Semen (b.) longe ellipticum.

Conchium teretifolium. ibid.

Capsula (a.) semipollicaris, pedunculo tenui prope basin transversim insidens, angusta, deorsum ventricosa, supra vero rectiuscula & in mucronem obtusum sursum protracta, lignosa, cortice rugoso extus vestita, subbivalvis. Loculamentum (b.) ad dorsum capsulæ locatum.

BANKSIA. Conf. Carpol. Vol. I. p. 221.

Banksia marginata. Tab. 220. fig. 1.

an *Banksia marginata.* Cav. *ic. 6. t. 544?*

A Cl. Labillardiere.

Flores & fructus in amentum (a. a.) cylindraceo - oblongum; tri - quinque-pollicare congesti.

Cal. nullus. Corolla (b. B.) monopetala, quadrifida; tubo brevi: laciniis linearibus, longissimis, extus hirtis, ad apicem (C.) inæqualiter lanceolatis, cochleariformibus, extus convexis, intus margine involutis, l. foveola antherifera exsculptis. Stam. 4.; filamentis brevibus, foveolarum basi insertis; antheris oblongis, bilocularibus. Ovar. superum, stylo subulato; stigmate incrassato.

Capsulæ (e.) horizontales, squamis (d.) hirsutis oblongis ferrugineis arcte sibi approximatis discriminatæ, semipollicares, coriaceo-lignosæ, irregulariter ovatæ, transversim paulo latiores, superne orbiculatæ & leviter marginatæ, inferne in pedunculum brevem conicum attenuatæ, lævigatæ, fuscæ, intus nigræ & fibris dilutioribus (f.) intermixtæ, a vertice per ventrem dehiscentes; biloculares, subbivalves. Loculamentum lenticulari-compressum, deorsum accuminato-attenuatum. Dissepimentum (g. h.) loculamenti forma & longitudine, liberum, coriaceo-lignosum, apice semibifidum; laminis per maturitatem elastice dehiscentibus: compressum, ad marginem superiorem prope basin foveola oblonga pro funiculo umbilicali exsculptum. Rec. nullum: præter funiculum umbilicalem filiformem, in propria foveola dissepimenti ex fundo capsulæ ad seminis latus superius adscendentem & ibi insertum. Sem. (g. i. k.) in singulo loculamento singulum, erectum, loculamento superne paulo angustius, in alam sublateralem membranaceam rotundatam ampliatum, deorsum acuminatum & nucleo protuberante fusco insignitum, e fusco spadiceum. Embryo erectus. *Rad.* umbilico externo contraria, infera.

171. PERSOONIA.

SMITH *Act. Soc. Linn. Lond.* 4. p. 215.

Cal. nullus. Cor. tetrapetala: petalis primum conice conniventibus, deinde revolutis, intus glabris, ad basin staminiferis. Glandulæ quatuor ad basin ovarii. Stam. quatuor; filam. . . .; antheris linearibus, demum reflexis. Ovar. superum; stylo simplici; stigmate obtuso. Drupa baccata, unilocularis. Putamen uniloculare. Rec. nullum. Sem. unicum, erectum. Alb. nullum. Emb. erectus.

PERSOONIA ferruginea. Tab. 220. fig. 2.

Habitat in Nova Hollandia prope Port Jackson. Ex collectione Banksiana.

PER. Drupa mediocris magnitudinis, baccata, obovata, paulum obliqua, sulcis obsoletis exarata, stylo persistente hirto ad drupam reflexo & ipsi ad-

presso

pressо fastigiata, purpurea, unilocularis. Caro mollis, a cortice crassiusculo inclusa & cum villis putamini pertinacissime adhærentibus intime mixta, lutescens. Putamen ovatum, turgidum, ad ventrem rectiusculum, in dorso vero magis gibbum, basi area parva umbilicali pallida instructum, apice sulco levi bicuspidatum, ad latera deorsum leviter sulcatum & suturis spuriis insignitum, crassum, ex glomerulis sabulosis minimis conflatum, durum, e rufo-fuscum, uniloculare, evalve. Loculamentum obovato-oblongum, apice mucronulato-apiculatum.

REC. nullum: semen basi putaminis adhæret.

SEM. unicum, ex obovato oblongum, ad verticem obtusum, & apicula acuminata mucronulatum, deorsum acuminatum, curvulum, ad utrumque latus sulco elevato tenui instructum, pallidum l. lutescens.

INT. simplex, membranaceum, facile detrahendum, ad apicem in apiculam acuminatam protractum & *chalaza* ferruginea insignitum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, curvulus, erectus, lacteus. *Cotyl.* ovato-oblongæ, carnosæ, obtusæ, plano-convexæ, incumbentes. *Rad.* brevis, cum cotyledonibus continua, conico-acuminata, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem medio transverse dissecta, cum putamine in situ. c. d.) Putamen solutum, a latere & a ventre spectatum. e. f.) Ejusdem sectio transversalis & longitudinalis, cum situ & forma loculamenti. g.) Semen separatum. h.) Idem transverse dissectum. i.) Embryo solutus. K.) Stylus persistens, a drupa separatus.

172. PENTADACTYLON.

Cal. . . . Cor. . . . Stam. . . . Ovar. inferum; stylo simplici, filiformi, striato, persistente. Drupa baccata. Putamen osseum, biloculare. Rec. nullum. Sem. solitaria, erecta, apiculata; nucleo dissimili. Alb. nullum. Emb. erectus, lobis cotyledoneis quinis.

PENTADACTYLON angustifolium. Tab. 220. fig. 3.

Habitat in Nova Hollandia prope Port Jackson. Ex collectione Banksiana.

PER. Drupa magnitudine cerasi minoris, ovata, paululum obliqua, depressiuscula l. ad verticem leviter umbilicata, & stylo persistente fastigiata, breviter pedunculata, baccata, compressiuscula l. turgide lenticularis, glabra, viridiuscula. Caro cuticula tenui vestita, mollis, cum villis putamini arctissime adnatis intime commixta, pallida. Putamen cordato-ovatum,

tum, turgide lenticulare, a carne difficulter ſeparandum, baſi cicatrice umbilicali inſignitum, craſſum, ex glomerulis ſabuloſis minimis compaginatum, durum, ruſo-fuſcum, biloculare. Loculamenta ex acuminata baſi obovata, curvula, compreſſiuſcula, margine lateribus putaminis obverſa, apice mucronulato-acuminata, monoſperma.

Rec. nullum: ſemina loculamentorum baſi adhærent.

Sem. ſolitaria, erecta, curvula, obovata, deorſum acuminata, ad verticem obtuſa & in apiculam protracta, compreſſiuſcula, ſpadicea l. flavicantia.

Int. duplex: *exterius* coriaceo-cruſtaceum, fragile, ultra nucleum baſi protractum; *interius* membranaceum, tenue, nucleum arcte includens, ad verticem *chalaza* ferruginea notatum, facile detrahendum, album.

Alb. nullum.

Emb. ſemini paulo brevior, erectus, ovatus, ad verticem leviter umbilicatus, compreſſiuſculus, lacteus. *Cotyl.* lobi quini, lineares, obtuſi, carnoſi. *Rad.* breviſſima, obtuſiuſcula, umbilico externo obverſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem longitudinaliter diſſecta, cum putamine in ſitu. c. d.) Putamen transverſe & longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & forma loculamentorum. e.) Semen ſeparatum. f.) Ejusdem ſectio transverſalis. G.) Integumenti externi pars ablata, ut nuclei ſitus intra ipſum appareat. H.) Embryo ſolutus. I.) Idem lobis cotyledoneis, a ſe invicem diductis.

Lobi cotyledonei profundiſſime & æqualiter diviſi, ut embryo omni jure polycotyledoneus dici poſſit.

173. QUADRIA.

Ruiz & Pavon *prod. t.* 33. Gevuina. Molin. *chil. p.* 198. Juss. *gen. p.* 424.

Cal. nullus. Cor. petala quatuor, infra ovarium inſerta, linearia, cruciatim diſpoſita, patentia, tribus reflexis unico erecto, apice latiora & foveola parva inſtructa, antherifera, decidua. Stam. quatuor, intra petalorum foveolas ſubſeſſilia; filamenta breviſſima; antheræ cordatæ. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, ſubulato, apice incurvo, longitudine petalorum. Drupa baccata; putamine monoſpermo. Rec. nullum. Sem. unicum. Alb. nullum. Emb. erectus; rad. abſcondita.

Quadria Avellana. Tab. 220. fig. 4.

Guevina Avellana. Persoon *ſyn.* 1. *p.* 118.

Quadria

Quadria (*heterophylla*,) *foliis pinnatis bipinnatisque*, *racemis longis simplicibus*. Ruiz & Pavon *flor. peruv. 1. p. 63. t. 99. f. 6.*

Ex Collect. Sem. Mus. Paris.

Per. Drupa vix pollicaris, globosa l. ovato-globosa, supera, utrinque mucronulata, baccata, sulco levi longitudinali inscripta, glabra, per ætatem ferrugineo-fusca. Caro non admodum crassa, extus cuticula tenui vestita, intus putamini undique adnata, & intra ejus productiones immersa. Putamen crassiusculum, ex fibris sublignosis l. chartaceis in carnem prominulis conferruminatum, firmum, intus scabriusculum, rufescens, uniloculare, monospermum.

Rec. nullum: præter funiculum umbilicalem, filiformem, cum integumento externo undique conferruminatum, ex fundo putaminis & in proprio ejus sulco ad seminis apicem adscendentem.

Sem. unicum, cavitatem putaminis exacte replens, globosum l. ovato-globosum, utrinque mucronulatum, rufescens.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, crassiusculum, a semine lubenter secedens; *interius* membranaceum, embryonis basi arctius adhærens; *chalaza* maxima, mitræformis, totum seminis hemisphærium superius occupans, integumentum ipsum incrassans, fusca.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, globosus, erectus, hemisphærio superiore a chalaza depressus, lacteus. *Cotyl.* crassæ, amygdalino-carnosæ, subæquales; altera plerumque majore, longitudinaliter excavata: altera minore, ab illa excepta. *Rad.* minima, ovata l. subglobosa, obtusa, penitus intra cotyledonum basin recondita, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem medio transverse dissecta, semine excusso. c.) Semen transverse sectum. d.) Idem detracto integumento externo, ut chalaza ad ipsius verticem appareat. e.) Cotyledones separatæ, cum figura & insertione radiculæ.

174. LECISCIUM.

Cal. . . . Cor. . . . Stam. . . . Ovar. superum; stylo brevi; stigmate concavo. Drupa baccata, ad verticem ansata; putamine chartaceo, uniloculari. Rec. nullum. Sem. solitarium. Alb. nullum. Emb. deformis.

Leciscium drupaceum. Tab. 220. fig. 5.

Ex collectione Cl. Desfontaines, sub nomine *Chrysophylli*.

Per. Drupa ſemipollicaris, baccata, ovata l. ovato-globoſa, in vertice ſtylo perſiſtente breviſſimo craſſo concavo & intra hunc puncto calloſo centrali inſtructa, glabra, viridiuſcula. Caro non admodum craſſa, mollis, vaſis nutritiis intermixta, putamini adnata. Putamen ellipticum, apice mucronulatum, oſſeo-chartaceum, tenue, extus ſcabratum, evalve, uniloculare monoſpermum.

Rec. nullum.

Sem. unicum, e reniformi ſubgloboſum, ad ventrem rugis transverſalibus decurrentibus notatum, fuſcum.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, plano-convexæ, vaſis nutritiis intus ſtipatæ, per ambitum arcte conglutinatæ, accumbentes. *Rad.* breviſſima, obtuſa, lateralis, adſcendens.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Eadem longitudinaliter a carne denudata, cum ſitu putaminis. c.) Ejusdem ſectio transverſalis, ſemine excuſſo. d.) Putamen longitudinaliter diſſectum, cum ſemine in ſitu. e.) Embryo ſolutus. f.) Idem longitudinaliter diſſectus. g.) Ejusdem ſectio transverſalis.

175. PERSEA.

Plum. *gen. t.* 20. Laurus. Linn. & Juss.

Cal. monophyllus, inferus, hirſutus, coloratus, deciduus; tubo brevi; limbo ſexpartito. Cor. nulla; niſi calycem velis. Stam. (ſex, Mill.) novem, duplici ordine diſpoſita, quorum tria interiora; filamenta calyci inſerta & ipſi longitudine æqualia; antheræ quadriloculares; loculis apice operculo erecto perſiſtente dehiſcentibus. Glandulæ novem, pedicellatæ, globoſæ, inter filamenta prope baſin inſertæ. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, longitudine ſtaminum; ſtigmate obtuſo. Bacca pomacea, nuda; loculamento chartaceo. Rec. nullum. Sem. unicum, inverſum. Alb. nullum. Emb. inverſus.

Persea gratiſſima. Tab. 221.

Pyro ſimilis fructus in nova hiſpania, nucleo magno. Bauh. *pin. 439.*

Perſea. Clus. *hiſt. 1. p. 2.*

Prunifera arbor fructu maximo pyriformi viridi, pericarpio eſculento butyraceo nucleum unicum maximum nullo oſſiculo tectum cingente. Sloan *jam. 132. hiſt. 2. p. 13.*

Arbor

Arbor americana, amplissimis pergamenis foliis superficie nitidissima, fructu pyriformi crustaceo cortice coriato. PLUKN. *alm. 39. t. 267. f. 1.*

Laurus foliis oblongo-ovatis, fructu obverseovato, pericarpio butyraceo. BROWN *jam. p. 214.*

Laurus foliis ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, floribus corymbosis. LINN. *spec. pl. p. 529. Syst. veg. ed. 14. p. 383.* JACQ. *obs. 1. p. 37.* SWARZ *obs. p. 152.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 480.* PERSOON *syn. 1. p. 449.*

Ex collectione Delessertiana.

PER. Bacca grandiuscula, tres pollices crassa & quinque circiter longa, variæ formæ, ovata, plerumque vero obovata l. pyriformis, basi torosa & calyce orbata, apice obtuse mucronulata, pedunculo valido insidens, pomacea, corticata, viridiuscula, l. e fusco saturate purpurascens, unilocularis. Cortex coriaceus, non admodum crassus, a carne facile detrahendus. Caro crassa, mollis, l. butyracea, ad peripheriam viridescens, centrum versus albida. Loculamentum centrale, ovatum, lata basi carni arctius adnatum & deorsum in pedunculi vasa abiens, chartaceo-coriaceum, crassiusculum, monospermum.

REC. nullum: semen ante maturitatem baccæ prope verticem loculamento ope vasorum umbilicalium adhæret.

SEM. unicum, magnum, ovatum, oblique compressiusculum, turgidum, loculamento paulo angustius & adepta maturitate ab ipso liberum, inversum, album.

INT. simplex, membranaceum, validum, cum vasis umbilicalibus ex umbilico emanantibus & per totam seminis superficiem divisis intime conferruminatum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, maximus, oblique inversus, albus. *Cotyl.* maximæ, crassissimæ, amygdalino-carnosæ, margine transversim rimosæ, incumbentes, subæquales: altera superiore, paulo minore, ovata, ad basin mucronulata, intus inæquabili: altera inferiore paulo majore, subconcava, superiorem excipiente. *Plum.* magna, diphylla, compressa: foliolis tenuibus, acuminatis, margine ciliatis. *Rad.* minima, longe a cotyledonum margine distans, intra cotyledonum foveolam abscondita, umbilico externo obversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ & forma externa loculamenti. c.) Loculamentum separatum & longitudinaliter cum integumento apertum, ut embryonis situs naturalis appareat. d.) Embryo separatus, paulum a vertice visus. e.) Ejusdem sectio transversalis. f.) Cotyledon superior separata, a parte interna spectata. g.) Cotyledon altera inferior, cum situ & forma plumulæ atque radiculæ.

Nucleus

Nucleus odoris plane expers.

Hujus quoque congener videtur Laurus *pendula.* SWARZ *fl. ind. occid. 2. p. 719.* ob baccam mollem & basi nudam.

Laurorum familiam in plura genera dispescere satius esse duxi, utut difficilis sit certorum inter ipsa genera limitum designatio; sed ejusmodi exempla in ordinibus plantarum non rara, ut uno genere tota familia complecti posset: genera vero iterato examine florum in vivis quam maxime indigent. Conferantur quoque annotationes super hunc ordinem, quæ Cl. JUSSIEU in *Diar. hist. nat. Mus. Paris. 6. p. 197.* & seq. profert.

176. BORBONIA.

PLUM. *gen. t.* 2. Laurus. LINN. & JUSS.

Flores hermaphroditi & masculi, nonnunquam & sexu distincti in diversis stirpibus.

Cal. monophyllus, sexpartitus, persistens; laciniis ovatis, acutis, deciduis. Cor. nulla: præter calycem. Stam. octo l. novem, duplici ordine disposita; sex externa; duo l. tria interna, ad basin filamentorum glandulis binis pedicellatis globosis instructa; filamenta brevissima; antheræ tetragonæ, apice quadriloculares. Ovar. superum; stylo simplici, subulato, longitudine staminum; stigmate obtuso. Drupa baccata, calyci truncato cupulato immersa, unilocularis, monosperma. Rec. nullum. Sem. unicum. Alb. nullum. Emb. inversus.

BORBONIA globosa. Tab. 222. fig. 1.

an *Laurus (globosa,) foliis ovatis glabris, cymis pedunculatis axillaribus, drupa globosa.* LAM. *dict. 3. p. 451.* PERSOON *syn. 1. p. 449?*

A Cl. A. L. de JUSSIEU.

PER. Drupa baccata, semipollicaris, ovato-globosa, apice mucronulata, calyci in pedunculum longum clavatum cupulæformem truncatum rubrum immersa, glabra, viridis, unilocularis. Caro mollis, non admodum crassa, a loculamento per ætatem separabilis, cuticula tenuissima inclusa. Putamen ovatum, crustaceum, fragile, sulco elevato longitudinali inscriptum, apice a vasis umbilicalibus perterebratum, glabrum, evalve, uniloculare, monospermum.

REC. nullum; præter cicatricem stellatam, in vertice loculamenti a vasis umbilicalibus per putamen transeuntibus exasperatam, cui semen affixum est.

SEM. unicum, ovatum, apice mucronulatum, grande, per ætatem vero loculamento ipso paulo angustius, inversum, lutescens.

INT.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue, cum vaſis umbilicalibus a vertice divergentibus undique conferruminatum, & per exſiccationem ſeminis ab ipſo ſecedens & loculamento adhærens,

Alb. nullum,

Emb. ſemini conformis, ſubobliquus, inverſus, albus. *Cotyl.* ovatæ, apice acuminato-mucronulatæ, carnoſæ, craſſæ, leviter undulato-plicatæ, plano-convexæ. *Plum.* parva, diphylla: foliolis conico-acuminatis. *Rad.* parva, ovata, obtuſa, a peripheria cotyledonum remota & ipſis immerſa, umbilico externo obverſa, ſupera,

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. a.) Pars cymæ frugiferæ. b.) Drupa integra, ſeparata. c.) Eadem cum putamine medio diſſecta. d) Putamen ſeparatum, integrum. e.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum embryone in ſitu.* f.) Embryo transverſe ſectus. g. h.) Cotyledones ſeparatæ, & a parte interna viſæ.

Borbonia cupularis. ibid.

Laurus (*cupularis*, *a.*) *foliis utrinque acuminatis, ſupra nitidulis, fructu ovali,* Lam. *dict.* 3. *p.* 447. Persoon *ſyn.* 1. *p.* 448.

Ex collectione Deleſſertiana.

Fructus (a.) glandiformis conſtans ex calyce (b.) coriaceo, profunde cupulato, margine truncato atque acuto, cylindraceo-toruloſo, in pedunculum attenuato, cui bacca (c. d.) immerſa eſt ovato-cylindrica, apice mucronulata, baſi area lata calycis fundo affixa, glabra, viridiuſcula, unilocularis. Caro (c.) tenuis, in cruſtam coriaceam fragilem exareſcens. Semen (f. g.) ovato-oblongum, apice mucronulatum, ſiccitate loculamento multo anguſtius & longitudinaliter rugoſum, e cinereo videſcens. Integ. duplex, ſemen arcte includens: *exterius* ad apicem paulo craſſius & cum vaſis umbilicalibus intime conferruminatum, chartaceum; *interius* fuſcum, intus glaberrimum, Emb. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* (h.) carnoſæ, craſſæ, planoconvexæ, intus ſecundum longitudinem leviter plicatæ. *Plum.* diphylla, acuminata. *Rad.* conico-acuminata, ab apice cotyledonum remota, immerſa, ſupera,

177. TETRANTHERA.

Jacq. *hort. Schoenb.* 1. *t.* 113. Litſea. Juss. *Diar. hiſt. nat. muſ. paris.* 5. *p.* 197.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus, quorum ſex in utraque involucro communi pentaphyllo collecti.

Mas. Cal. monophyllus, basi tubulosus, quinquepartitus. Cor. nulla; praeter calycem. Stam. 16 l. 20.; duplici serie disposita; filamenta corollae inserta, octo l. decem exteriora breviora, glandulaeformia l. castrata, cum interioribus longioribus antheriferis alternantia; antherae quadriloculares. Ovar. nullum.

Foem. Cal. & Cor. ut in mare. Stam. nulla. Glandulae oblongae. Ovar. superum; stylo & stigmate simplici. Bacca calyci truncato insidens, unilocularis. Rec. nullum. Sem. unicum, inversum. Alb. nullum. Emb. inversus.

Tetranthera apetala. Tab. 222. fig. 2.

Tetranthera apetala. Roxb. *corom. pl. t. 147.*

* Ex collectione Banksiana.

Per. Bacca parva, globosa, pedunculo incrassato in calycem truncatum ampliato insidens, purpurea, unilocularis, monosperma. Loculamentum membrana tenui firma vestitum.

Rec. nullum.

Sem. unicum, inversum, ovato-globosum, apice mucronulatum, album.

Int. simplex, membranaceum, tenue, facile detrahendum.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, inversus, mucronulatus, lacteus. *Cotyl.* crassae, carnosae, hinc convexae, inde leviter undulato-planiusculae, accumbentes. *Rad.* minima, globosa, cotyledonibus immersa, supera.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Pars cymae frugiferae. b.) Bacca separata. c.) Semen separatum. d.) Embryo solutus. e.) Cotyledones separatae, a parte interna spectatae.

178. OCOTEA.

Aubl. *guian.* t. 310. Juss. *gen.* p. 80. Porostema. Schreb. *gen.* 1226. Nectandra. Rottb. *pl. surin.* p. 10.

Cal. monophyllus, subglobosus, persistens; limbo sexpartito: laciniis deciduis, tribus exterioribus majoribus. Cor. nulla, praeter calycem. Stam. novem, duplici ordine disposita, sex exteriora & tria interiora; filamenta membranacea, tria interiora paulo crassiora; antherae quadriloculares. Glandulae sex, subrotundae, cum staminibus exterioribus alternae. Ovar. superum, stylo simplici crasso; stigmate concavo. Drupa parva, a calyce coriaceo truncato-globo-

globoso obvolucrata; putamine monospermo. Rec. nullum. Sem. unicum. Alb. nullum. Emb. inversus.

OCOTEA gujanensis. Tab. 222. fig. 3.

Nectandra (bijuga,) foliis ovato-lanceolatis acuminatis, racemis filiformibus, floribus polygamis, antheris bijugis. ROTTB. *pl. surin. p. 10.*

Laurus (surinamensis,) foliis ovato-lanceolatis acuminatis, ramis patentissimis, racemis filiformibus lateralibus axillaribusve. SWARZ *fl. ind. occid. 2. p. 708.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 482.* PERSOON *syn. 1. p. 449.*

Ocotea. AUBL. *guian.* l. c. *p. 780.*

Ex collectione Cl. DESFONTAINES, & ab amicissimo D^no^ DECANDOLLE.

PER. Bacca parva, vix granum piperis magnitudine mentiens, vertice tantum ex calyce obvolucrante coriaceo subgloboso l. obovato & apice foramine orbiculari pervio prominula, globosa, utrinque mucronulata, fundo calycis adnata, glabra, lutea, unilocularis. Caro tenuis, siccitate farinosa, lutescens, cuticula tenui lævigata tecta.

REC. nullum; præter funiculum umbilicalem filiformem, a basi baccæ ad apicem seminis adscendentem.

SEM. unicum, globosum, apice mucronulatum, vertice umbilico parvo, quo funiculus umbilicalis insertus, instructum, inversum, fuscum.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenue embryoni adhærens.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, inversus. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

2. a.) Pars cymæ frugiferæ. b.) Fructus integer, separatus. c.) Calyx longitudinaliter dimidiatus. d. D.) Bacca separata. E.) Semen, ab apice ad medium usque a carne denudatum, cum decursu funiculi umbilicalis. F.) Semen separatum. G.) Testa medio transverse dissecta.

179. QUIINA.

AUBL. *guian. t.* 379.

Flores stipulis duabus basi muniti.

Cal. monophyllus, parvus, inferus, quadripartitus, persistens; laciniæ ovatæ, acutæ. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. superum; styl. . . . stigm. . . . Bacca ovato-mucronata, apice umbilicata, dipyrena. Pyrenæ chartaceæ, extus hirsutæ, monospermæ. Sem. solitaria, inversa, spadicea. Alb. nullum. Emb. inversus; radicula puncticulari.

Quiina gujanensis. Tab. 222. fig. 4.

Quiina. Aubl. l. c. *app. p. 19.*

A Cl. A. L. de Jussieu.

Per. Bacca magnitudine cerasi minoris, ovata l. ovato-globosa, sursum in mucronem brevem obtusum apice umbilicatum protracta, pulposa, longitudinaliter striata, pedunculo tenui & calyci persistenti insistens, glabra, lutescens, unilocularis, dipyrena. Pulpa crassiuscula, mollis, siccitate fere evanida. Pyrenæ geminæ, arcte sibi approximatæ, accumbentes, cordatæ, plano-convexæ, chartaceæ, ad verticem area umbilicali communi orbiculari fusca immersa insignitæ, extus setulis densissimis rectis lutescentibus conspersæ, intus glabræ, uniloculares, monospermæ.

Rec. nullum: præter vasa umbilicalia e pedunculo assurgentia & areæ umbilicali inserta.

Sem. solitaria, ovata l. suborbicularia, utrinque mucronulata, plano-convexa, basi paulo crassiora, inversa, dilute ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, inversus, albus. *Cotyl.* crassæ, amygdalino-carnosæ, hinc arcuatæ, inde planiusculæ, l. leviter undulatæ, accumbentes. *Rad.* minima, puncticularis, umbilico externo proxima, supera.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Pyrenæ a carne solutæ & sibi adglutinatæ, cum area umbilicali integra. c.) Eædem solutæ, a parte interiore visæ, cum area umbilicali dimidiata laterali. d.) Pyrenæ sectio longitudinalis. e. f.) Embryo solutus, ab utraque parte spectatus. g.) Cotyledones separatæ.

Proxime accedit ad Murrayam.

180. SALVADORA.

Linn. *gen.* 163. *ed. Schreb.* 220. Juss. *gen. p.* 84.

Lamarck *ill. gen. t.* 81.

Cal. monophyllus, parvus, inferus, quadripartitus, persistens. Cor. monopetala, quadrifida; laciniis ovatis, reflexis, cum calyce alternis. Stam. quatuor, ad divisuras corollæ inserta; filamenta setacea; antheræ erectæ, subrotundæ. Ovar. superum; stylo brevi, simplici; stigmate obtuso, concavo. Bacca globosa, unilocularis, monosperma. Rec. nullum. Sem. solitarium, inversum, integumento chartaceo instructum. Alb. nullum. Emb. inversus; radicula abscondita.

Salvadora persica. Tab. 222. fig. 5.

Rivina paniculata. Linn. *syst. nat. ed. 10. p. 899.*

Cissus (arborea,) foliis oblongis integris crassis. Forsk. *desc. p. 32. n. 8.*

Embelia (Grossularia,) foliis ovato - lanceolatis oppositis, floribus tetrandris. Retz *obs. 4. p. 24.*

Salvadora. Garcin. *act. angl. 1749. n. 491.* Linn. *amoen. acad. 3. p. 21. Spec. pl. p. 178. Syst. veg. ed. 14. p. 166.* Willd. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 695.* Persoon *syn. 1. p. 149.*

Icon. Vahl *symb. bot. 1. t. 4.* Roxb. *pl. corom. t. 26.*

Ex collectione Banksiana.

Per. Bacca parva, magnitudine pisi, pulposa, globosa, apice mucronulata, basi corollæ & calyci persistenti insistens, glabra, lutea, unilocularis. Caro crassiuscula, pulposa, mollis, cuticula tenui inclusa, lutescens, semini non adhærens.

Rec. nullum; præter funiculum umbilicalem brevissimum validum ad verticem seminis, quo mediante semen pulpæ adhæret.

Sem. unicum, ovato-globosum, apice mucronulatum & area umbilicali instructum, inversum, lubenter a carne secedens, glabrum, lutescens.

Int. simplex, chartaceum, validum.

Alb. nullum.

Emb. magnitudine fere seminis, ellipticus, inversus, albus. *Cotyl.* crassæ, amygdalino-carnosæ, plano-convexæ, ad apicem rima fissæ & glabellis duabus l. lobis notatæ. *Plum.* minima, bidentata. *Rad.* oblonga l. subclavata, tertiam embryonis partem longitudine mentiens, in proprio lectulo intra cotyledones demersa & plane abscondita, recta, adscendens, umbilico externo obversa, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars racemuli frugiferi. B.) Bacca separata, integra. c.) Ejusdem sectio transversalis, semine excusso. d.) Semen separatum, integrum. e.) Idem transverse dissectum. f. G.) Embryo solutus. H.) Cotyledones separatæ, a parte interna spectatæ, cum forma & insertione radiculæ.

181. CRESCENTIA.

Linn. *gen.* 762. *ed. Schreb.* 1021. Juss. *gen. p.* 127. Lamarck *ill. gen. t.* 547. Cujette. Plum. *gen. t.* 16.

Cal. monophyllus, inferus, æqualis, bipartitus, deciduus. Cor. monopetala, irre-

irregularis; tubo infundibuliformi, incurvo, supra basin coarctato, ad medium vero rursus ampliato; limbo inaequali, bilabiato: labio superiore breviore, crenato: inferiore longiore, trifido. Stam. quatuor, didynama, corollae inserta; filamenta ad corollam curvata, teretia; antherae basi cohaerentes, bivalves. Ovar. superum, pedicellatum; stylo simplici, corolla longiore; stigmate bilamellato. Bacca corticata, intus pulposa. Rec. nullum. Sem. plura, compressiuscula, vaga. Alb. nullum. Emb. magnus; radicula recondita, immersa.

CRESCENTIA cucurbitina. Tab. 223.

Arbor americana cucurbitifera, folio longo mucronato, fructu oblongo. COMM. *hort. 1. p. 137. t. 71.*

Cujette latifolia fructu putamine fragili. PLUM. *ic. t. 109.*

Crescentia foliis lanceolatis utrinque attenuatis. LINN. *hort. cliff. p. 327.*

Crescentia arborescens, foliis singularibus ovatis nitidis, fructu minore. BROWN *jam. p. 266.*

Crescentia (latifolia,) foliis ovatis petiolatis alternis, fructu ovato acuminato, seminibus orbiculatis compressis. LAM. *dict. 1. p. 558.*

Crescentia foliis lanceolato-ovatis. LINN. *mant. p. 250. Syst. veg. ed. 14. p. 565.*

Crescentia foliis ovatis subcoriaceis distinctis, fructibus ovatis acuminatis. SWARZ *obs. p. 234.* WILLD. *spec. pl. T. 3. P. 1. p. 311.* PERSOON *syn. 2. p. 168.*

PER. Bacca grandis, interdum pedalis, supera, ovata, utrinque obtuse mucronata, sulcis quatuor levibus elevatis longitudinalibus deorsum deliquescentibus insignita, pedunculo tenui insidens, glabra, corticata, intus pulposa, siccitate spadicea, unilocularis, polysperma. Cortex non admodum crassus, sublignosus, fragilis, extus cuticula tenui vestitus, intus vasorum fasciculis quatuor sulcis externis obversis & in rete vasculosum divisis instructus. Pulpa a membrana propria inclusa, mollis, semina obvolvens, albida.

REC. nullum; semina in pulpa inordinate horizontaliter tamen nidulantia.

SEM. numerosa, 30 — 40 & ultra pro magnitudine baccae, suborbiculata, paulo latiora quam longa, compressiuscula l. lenticulari convexa, sulco medio levi longitudinaliter inscripta, & caruncula umbilicali supra basin notata, fusca.

INT. simplex, subcoriaceum, ad basin seminis paulo crassius, facile detrahendum.

ALB. nullum.

EMB. semini fere conformis, magnus, utrinque leviter emarginatus, compressiusculus, (vetustate) fuscus. *Cotyl.* suborbiculatae, utrinque profunde & acute emarginatae, plano-convexae, compressiusculae, sulco intermedio

levi

levi longitudinaliter bipartitæ, glabella bifida ad emarginationem basilarem insignitæ, crassiusculæ, amygdalino-carnosæ, leviter undulato-plicatæ, incumbentes. *Rad.* minima, brevissima, conico-acuminata, intra cotyledonum emarginationem alte recondita, umbilico externo obversa, vaga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b.) Eadem medio transverse dissecta, cum situ seminum intra pulpam. c.) Semina separata. d.) Idem medio transverse dissectum. e.) Embryo solutus. f.) Cotyledones separatæ, a parte interiore visæ, cum insertione & figura radiculæ.

Nisi error quidam subsistat, C. *Cujette* L. ob semina bilocularia vix hujus generis esse potest.

182. PIPAREA.

Aubl. *guian. t.* 386. Juss. *gen. p.* 295.

Cal. monophyllus, quinquefidus, inferus, persistens; laciniis ovatis, acutis, demum reflexis. Cor. sub ovario cum staminibus inserta. . . . Stam. . . . Ovar. superum; stylo simplici, filiformi; stigmate tripartito, obtuso. Capsula duplicata, rotundato-trigona, unilocularis, trivalvis. Rec. nullum. Sem. tria (duobus sæpe abortientibus,) hirsuta. Alb. carnosum. Emb. erectus; cotyledonibus foliaceis.

Piparea multiflora. Tab. 224. fig. 1.

an *Piparea dentata.* Aubl. l. c. *app. p. 31?*

Ab amicissimo D^no^ Decandolle.

Per. Capsula vix semipollicaris, ovato-globosa, rotundato-triquetra l. sulcis tribus elevatis obsoletis insignita, hinc stylo filiformi terminata, inde calyci persistenti reflexo insistens, pubescens, duplicata; lamina *exteriore* tenui, coriacea, per ætatem fusca: *interiore* paulo crassiore, chartaceo-lignosa, albida, intus pubescente; cæterum unilocularis, ab apice per latera dehiscens, trivalvis.

Rec. nullum; præter sulcos elevatos villosiusculos costis externis obversos deorsum deliquescentes, quibus semina umbilicis adhærent.

Sem. ovula tria, rarissime vero vix uno plura ad maturitatem pervenientia; hinc sæpissime solitarium, cordato-subglobosum, hirsutum, ad ventrem cicatricula lineari deorsum deliquescente umbilicali alba notatum, subinversum, fuscum.

Int. duplex: *exterius* crassiusculum, chartaceum, *interius* membranaceum, tenue, adnatum.

Alb.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, craſſum, luteſcens.

EMB. albumine ipſo dimidio fere brevior, & ad ejus baſin locatus, erectus, albus. *Cotyl.* oblique ovatæ, foliaceæ, incumbentes. *Rad.* brevis, obtuſa, ab umbilico externo averſa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra, non dehiſcens. b.) Eadem dehiſcens. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Valvula ſeparata cum ſulco, cui ſemen adhæret. e.) Semen ſolitarium, integrum, a ventre & a dorſo ſpectatum. f.) Idem medio transverſe diſſectum. g.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

Ob ſemina immatura in noſtris ſpeciminibus cotyledonum forma non ſatis certa.

Folia magna, alterna, ovato-oblonga, apice mucronulata, integerrima, per ambitum vix undulata, breviter pedunculata, nervoſa, glaberrima; pedicelli uniflori, aggregati ex foliorum axillis; quam ob rem noſtram ſpecie ab illa Aubletii diverſam eſſe, ſuſpicor.

183. RHYSOSPERMUM.

Cal. . . . Cor. . . . Stam. . . . Ovar. ſuperum, ſtylo nullo; ſtigmate bipartito, reflexo, obtuſo. Drupa ovata, baccata, unilocularis; putamine nervoſo, bipartibili, monoſpermo. Rec. nullum. Sem. unicum, rugoſum, inverſum. Alb. carnoſum, craſſum. Emb. inverſus.

RHYSOSPERMUM nervoſum. Tab. 224. fig. 2.

Habitat in Nova Hollandia. Ex collectione Bankſiana.

PER. Drupa ovato-elliptica, ad verticem ſtigmate minimo bipartito inſtructa, baccata, ſupera, glabra, purpurea, unilocularis. Putamen ellipticum, vix compreſſiuſculum l. turgide lenticulare & ſurſum paulo magis compreſſum, leviter marginatum, extus nervis linearibus ramoſis a baſi ad apicem usque aſſurgentibus condecoratum, ſecundum ſuturam in duas valvas cultro partibile, a carne facile ſecedens, & baſi tantum ope vaſorum umbilicalium ipſi arctius adnatum, modice craſſum, oſſeum, luteſcens, uniloculare, monoſpermum.

REC. nullum; præter funiculum umbilicalem, e fundo putaminis aſſurgentem, & cum integumento externo undique conferruminatum.

SEM. unicum, inverſum, ovatum, ſulco profundo ad ventrem pro decurſu funiculi umbilicalis & rugis ramoſis in tota ſuperficie exaratum, & inde gyroſe tuberculatum, luteſcens l. ferrugineum.

Int. duplex: *exterius* membranaceum, a ſemine lubenter ſecedens & excepto ventre putaminis loculamento adhærens; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, intra gyroſitates albuminis deſcendens, adnatum.

Alb. ſemini conforme, duriuſculum, carnoſum, lectulo magno centrali compreſſo incurvo pro embryone exſculptum, album.

Emb. albumine dimidio brevior & in ejus axi prope verticem locatus, inverſus, lacteus. *Cotyl.* longiſſime ellipticæ, verſus radiculam anguſtatæ, foliaceæ, obtuſæ, incumbentes. *Rad.* conico-teretiuſcula, brevis, obtuſa, umbilico externo obverſa, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Drupa integra. b.) Ejusdem ſectio transverſalis, cum ſitu putaminis, ad medium usque denudati. c. C.) Putamen ſeparatum, integrum. d.) Ejusdem ſectio transverſalis, cum adhærente integumento ſeminis externo. e.) Idem ſecundum ſuturam longitudinaliter ſiſſum, cum ſitu ſeminis. F.) Semen ſeparatum, paulo a ventre ſpectatum. g.) Albumen transverſe diſſectum. h.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu lectuli pro embryone. I.) Embryo ſolutus.

Integumentum ſeminis externum præter ventrem loculamento putaminis arcte adhæret, ut putamen primo adſpectu pro biloculari, ſemine altero abortivo, haberi poſſit; conf. fig. d.).

184. FRASERA. Walt.

Michaux *flor. bor. amer.* 1. *p.* 96.

Cal. monophyllus, quadrifidus, perſiſtens; laciniis lanceolatis, patentibus. Cor. monopetala, calyce multo major, quadrifida; laciniis ovatis, patentibus. Glandula magna ad medium ſingulæ laciniæ, orbicularis, ſublenticularis, barbata. Stam. quatuor, cum corollæ laciniis alterna, & ad ejus baſin inſerta; filamenta ſubulata, baſi dilatata, margine membranacea; antheræ oblongæ, baſi emarginatæ, demum reflexæ. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici; ſtigmate bipartito, obtuſo. Capſula coriacea, lenticulari-compreſſa, unilocularis, bivalvis. Rec. nullum. Sem. plura, parietalia, compreſſa. Alb. carnoſum. Emb. . . .

Frasera Walteri. Tab. 224. fig. 3.

Fraſera caroliniensis. Walt. *flor. carol. p. 87.* Gmel. *ſyſt. nat. T. 2. P. 1. p. 256.* Persoon *ſyn. 1. p. 137.*

Fraſera (Walteri,) erecta altiſſima, foliis oblongo-ovalibus verticillatis oppoſitisque. Michaux l. c. *p. 97.*

Ab amiciſſimo Dno Decandolle.

Per. Capſula ſemipollicaris, ovata, ſtylo perſiſtente mucronata, calyci inſiſtens, primum carnoſa, denique cartilagineo-coriacea, lenticulari-compreſſa, per ambitum vix incraſſata, baſi paulo craſſior obtuſa, unilocularis, margine dehiſcens, bivalvis.

Rec. nullum: ſemina margini valvularum interno utrinque duplici ſerie adhærent.

Sem. multa, 12 — 18, bracteata, ovato-orbicularia, foliaceo-compreſſa, integerrima, nucleo protuberante excentrico & medio puncto obſcuriore inſignita, ſpadicea.

Int. duplex: *exterius* membranaceum, in marginem ſeminis ampliatum; *interius* tenue, albumini adnatum.

Alb. ſemine anguſtius, & extra ejus centrum prope marginem externum locatum, ovatum l. ellipticum, compreſſum, carnoſum, album.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capſula integra. b.) Ejusdem ſectio transverſalis. c.) Valvula altera ſeparata, cum ſeminum ſitu atque inſertione. d.) Semina ſeparata. E.) Idem transverſe diſſectum. F.) Integumentum ſeminis externum, nucleo deſtitutum.

185. CYRTANDRA.

Forst. *char.* *t.* 3. Juss. *gen.* *p.* 121. Lamarck *ill.* *gen.* *t.* 11.

Cal. monophyllus, inferus, æqualis, ſubbilabiatus, quinquepartitus: inciſuris duabus inferioribus profundioribus; deciduus. Cor. monopetala, magna, irregularis; tubo incurvo, ad faucem ampliato; limbo quinquelobo: laciniis inæqualibus, duabus ſuperioribus planis; tribus inferioribus patentiſſimis, concavis. Stam. quatuor, didynama; filamenta duo ſuperiora fertilia, flexuoſa; duo inferiora caſtrata, recta, filiformia. Ovar. ſuperum; ſtylo ſimplici, ſtigmate incraſſato, bifido. Bacca ovata, corticata, bilocularis. Rec. nullum. Sem. plurima. Alb. carnoſum. Emb. oblongus; radicula centripeta.

Cyrtandra glabra. Tab. 224. fig. 4.

Cyrtandra glabra. Collect. Bankſ.

Habitat in Otahiti.

Per. Bacca ovato-oblonga, calycis reliquiis in callum incraſſatis & pedunculo longiſſimo inſiſtens, ſtylo craſſiuſculo faſtigiata, ſulcis duobus obſoletiſſimis

mis exarata, corticata, intus pulposa, glabra, purpurascens, bilocularis. Cortex crassiusculus, carnosus, lutescens. Pulpa mucilaginoso-glutinosa, hyalina, semina obvolvens. Dissepimentum crassum, carnoso-pulposum, sulcis externis contrarium. Loculamenta angusta, curvata, medio longitudinaliter sulcata.

REC. nullum; semina funiculis umbilicalibus brevibus in pulpam resolutis dissepimento undique adhærent.

SEM. numerosa, minuta, ovata, versus umbilicum acuminata, punctis elevatis scabrata, centripeta, e rufo ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. tereti-oblongus, erectus, centralis, albus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* crassiuscula, attenuata, obtusa, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. B.) Ejusdem sectio transversalis, cum forma receptaculorum & situ seminum. c. C.) Semina separata. D.) Albumen transverse dissectum. E.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ embryonis. F.) Embryo solutus.

An specie diversa a C. *biflora* FORST. l. c. *p. 6.*

CYRTANDRA cymosa. ibid.

Besleria (cymosa,) pedunculis cymosis, pedicellis bracteolatis, foliis ovatis crenatis. FORST. *prod. n. 237.*

Cyrtandra pedunculis nudis. FORST. *char. p. 6.*

Cyrtandra pedunculis subcymosis, foliis ovatis crenatis basi obliquis subtus pubescentibus. VAHL. *symb. bot. 2. p. 2. Enum. pl. 1. p. 104.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 79.* PERSOON *syn. 2. p. 165.*

Ex collectione Banksiana.

Bacca ovata, compressiuscula, stylo brevi obtuso fastigiata, calycis disco calloso insidens. Reliqua omnia ut in priore.

Baccæ investigatio in exemplis vetustis valde difficilis.

186. SAUVAGESIA. Jacq.

LINN. *gen.* 286. *ed. Schreb.* 401. JUSS. *gen. p.* 426. LAMARCK *ill. gen. t.* 140. Iron. BROWN *jam. t.* 12. *f.* 2.

Cal. profundissime quinquefidus, erectus, persistens; laciniis lanceolatis, acuminato-aristatis, margine scariosis. Cor. petala quinque, cum laciniis calycis alterna, & cum staminibus sub ovario inserta, ovata l. rhombeo-ovata, decidua. Corona ciliaris, corollam cingens & huic ad basin adnata; ciliæ plurimæ, petalis ipsis breviora, staminiformia, l. capitulis cordatis fastigiata. Stam. decem, petalis dimidio breviora, intra petalorum seriem sub ovario inserta, inæqualia; alterna sterilia, glandulæformia & cum petalis alterna, lineari-oblonga, subtetragona, vasculo intermedio protuberante longitudinali insignita; alterna fertilia, petalis opposita, magis decidua, subsessilia; antheræ lineari-oblongæ, tetragonæ, apice dehiscentes. Ovar. superum, subpedicellatum; stylo simplici, clavato; stigmate simplici, obtusiusculo. Capsula, ovato-acuminata, unilocularis, apice trivariam dehiscens. Rec. nullum, præter marginem valvularum inferiorem introflexum, fimbriatum. Sem. plura, ovata l globosa. Alb. carnosum. Emb. erectus, teretiusculus.

SAUVAGESIA erecta. Tab. 224. fig. 5.

Iron herbaceus minor, foliis oblongis tenuissime crenulatis, stipulis ciliatis, floribus singularibus ad alas. BROWN *jam. p.* 179.

Sauvagesia Adima. AUBL. *guian.* 1. *p.* 251.

Sauvagesia. JACQ. *amer. p.* 77. LINN. *spec. pl. p.* 249. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 244. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 2. *p.* 1185.

Sauvagesia caule ramosissimo procumbente erectoque, foliis lanceolato-serrulatis lineatis, floribus subternis erectis. RUIZ & PAVON *flor. peruv.* 3. *p.* 11. PERSOON *syn.* 1. *p.* 253.

Icon. JACQ. l. c. *t.* 51. *f.* 3. *ed. pict. t.* 77. AUBL. l. c. *t.* 100. *f.* a.

Ex collectione Cl. DESFONTAINES, & ex dono Cl. LAMBERT.

PER. Capsula parva, elliptico-acuminata, a calyce persistente laxe amplexata, & ab ipso pedicello brevissimo discriminata, membranacea, rigida, secundum suturas basi trisulca, ab apice ad medium usque trivariam dehiscens, spadicea l. lutescens, unilocularis, trivalvis.

REC. nullum: præter marginem valvularum inferiorem introflexum & in funiculos breves rigidos fissum, quibus semina umbilicis adhærent.

SEM. numerosa, minutula, ovata l. ovato-globosa, basi mucronulata, ad latus a funiculo umbilicali adscendente & undique cum integumento externo conferruminato insignita, elegantissime scrobiculato-punctata, spadicea, centrifuga.

INT.

INT. duplex: *exterius* crassiusculum, crustaceum, fragile; *interius* tenuissimum, adnatum, in vertice *chalaza* pallida orbiculari notatum.

ALB. semini conforme, basi mucronulatum, carnosum, lutescens.

EMB. longitudine fere albuminis & ad ejus basin locatus, sursum paululum angustatus, erectus, aqueo-pallidus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* longa, teretiuscula, basi incrassata, obtusissima, umbilico externo obversa, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. B.) Capsula integra, non dehiscens, petalis, staminibus sterilibus & ciliis externis persistentibus ad basin condecorata. C.) Cilia separata, magnitudine valde aucta. D.) Stamen sterile, separatum, integrum. E.) Ejusdem sectio transversalis. F.) Capsula separata, dehiscens. G.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ & forma receptaculorum. h. H.) Semina separata. I.) Ejusdem sectio transversalis. K.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis intra albumen. L.) Embryo solutus.

Quoad fructus seminumque fabricam ad Sarothram accedit.

187. TACHIBOTA.

AUBL. *guian.* *t.* 112. JUSS. *gen.* *p.* 295. LAMARCK *ill.* *gen.* *t.* 208. Salmasia. SCHREB. *gen.* 513.

Cal. monophyllus, inferus, quinquepartitus, persistens; laciniis ovato-acuminatis. Cor. petala quinque, lanceolata, patentia, cum staminibus sub ovario inserta, cum laciniis calycinis alterna. Stam. quinque; filamenta subulata; antheræ oblongæ, basi emarginatæ, didymæ. Ovar. superum; stylo subnullo; stigmate tripartito. Capsula membranacea, rotundato-triquetra, trilocularis, trivalvis; dissepimento valvis contrario. Rec. centrale, fungosum. Sem. numerosa, angulata. Alb. carnosum. Emb. minutissimus, inversus.

TACHIBOTA gujanensis. Tab. 224. fig. 6.

Salmasia racemosa. WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 2. p. 1502.* PERSOON *syn. 1. p. 329.*

Tachibota gujanensis. AUBL. *guian. 1. p. 287.*

Ex collectione Banksiana.

PER. Capsula subglobosa, rotundato-triquetra, apice mucronulata, calyci persistenti insistens, coriaceo-membranacea, ad angulos ab apice ad medium usque trivariam dehiscens, trilocularis, polysperma. Dissepimenta tenuia, coriaceo-membranacea, medio valvularum dorso inserta, & cum ipsis in axi dehiscentia.

Rec. fungosa, subovata, exigua, ad angulum loculamentorum internum dissepimentis adnata.

Sem. numerosa, arcte sibi approximata, angulata, depressa retusaque, ad verticem convexiuscula, ad basin foveola parva umbilicali instructa, ad latera planiuscula, puncticulato-scabriuscula, atro-fusca, centripeta.

Int. simplex, crassiusculum, crustaceum, adnatum.

Alb. semini conforme, crassum, carnosum, candidum.

Emb. minutissimus, in summa albuminis parte locatus, ellipticus, compressiusculus, lenticulari-convexus, inversus, albus. *Cotyl.* brevissimae, obtusae. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, attenuata, umbilico externo e diametro contraria, centrifuga.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra, clausa. b.) Eadem dehiscens. c.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semina separata. E.) Seminis sectio verticalis, cum situ embryonis intra albumen. F. G.) Embryo solutus.

In ipso hujus stirpis specimine Aubletiano, in collectione Banksiana asservato, antheras observavi oblongas atque erectas.

188. CASEARIA.

Jacq. *amer.* p. 132. Schreb. *gen.* 756. Samyda. Linn. *gen.* 543. Anavinga. Juss. *gen.* p. 438. Lamarck *ill. gen. t.* 355.

Cal. monophyllus, quadripartitus, persistens; laciniis ovatis, erectis. Cor. nulla. Stam. octo l. decem, sub ovario inserta & cum glandulis totidem brevissimis glabris alternantia. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi, triquetro, longitudine staminum; stigmate trilobo, obtuso. Caps. rotundato-triquetra, unilocularis, trivalvis, polysperma. Rec. nullum. Sem. baccata, ophiocephaloidea. Alb. carnosum. Emb. inversus; cotyledonibus plicatis.

Casearia hirta. Tab. 224. fig. 7.

Samyda tomentosa. Swarz *prod. p. 68.*

Casearia (hirta,) floribus octandris, foliis ovatis serratis subtus hirtis. Swarz *fl. ind. occid. 2. p. 756.* Willd. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 627.* Persoon *syn. 1. p. 484.*

Ex Insula Hispaniola, a D[no] Poiteau.

Per. Capsula majuscula, ovata l. subglobosa, rotundato-triquetra, sulcis tribus elevatis insignita, hinc calyci persistenti insistens, inde styli reliquiis mucro-

mucronato-acuminata, setulis raris hirta, coriacea, rufescens, unilocularis, ad latera ab apice basin usque tribus valvis dehiscens, polysperma.

Rec. nullum: præter papillulas ad valvularum nervum intermedium, quibus semina umbilicis adhærent.

Sem. ovula 20 l. 24., quorum vero rarissime plura quam sex l. octo maturescunt, baccata l. intra sacculum carnoso-pulposum per lineam ventralem testæ adnatum inclusa, opiocephaloidea l. subglobosa, in vertice mucronulata, ad basin vero truncatam circulo elevato cincta, & intra hunc area umbilicali pallida paululum immersa insignita, glabra, pallide spadicea l. lutescentia, centrifuga.

Int. triplex: *extimum* carnosum, cuticula tenui saccata testæ longitudinaliter adnatum; *medium* testaceum, crassiusculum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum, adnatum.

Alb. ovato-acuminatum, testa ipsa paulo brevius, carnosum, crassum, album.

Emb. albumine paulo brevior, & ad ejus apicem locatus, inversus, lacteus. *Cotyl.* orbiculares, foliaceæ, longitudinaliter sigmoideo-plicatæ, accumbentes. *Rad.* longitudine fere cotyledonum, lineari-teretiuscula, curvula, adscendens, umbilico externo e diametro contraria, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Capsula integra. b.) Eadem dehiscens, seminibus excussis. c.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Semen intra sacculum inclusum. e. E.) Idem ex ipso solutum. F.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ embryonis intra albumen. g.) Albuminis sectio transversalis. H.) Embryo solutus.

189. SAMYDA.

Linn. *gen.* 543. *ed. Schreb.* 755. Juss. *gen. p.* 439. Lamarck *ill. gen. t.* 355. Guidonia. Plum. *gen. t.* 24.

Cal. monophyllus, quinquepartitus, coloratus, persistens; laciniæ ovato-lanceolatæ, patentes. Cor. nulla. Stam. 10—18.; filamenta in tubum conicum, medio calyci insertum, 10—18 striatum, totidemque dentibus antheriferis instructum, connata; antheræ erectæ, subrotundæ. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi; stigmate globoso. Capsula ovato-oblonga, coriaceo-carnosa, unilocularis, quadri-l. quinquefariam dehiscens, polysperma. Rec. nullum. Sem. numerosa, baccata, gigartoidea, umbilicata. Alb. carnosum. Emb. inversus.

Samyda serrulata. Tab. 224. fig. 8.

Guido-

Guidonia ulmifolio, flore roseo niveo. PLUM. *ic. t. 146. f. 2.*

Samyda floribus dodecandris. JACQ. *amer. p. 132. Collect. 2. p. 328. t. 17. f. 1.*

Samyda floribus dodecandris, foliis ovato-oblongis serrulatis. LINN. *spec. pl. p. 558. Syst. veg. ed. 14. p. 409.* WILLD. *spec. pl. T. 2. P. 1. p. 626.* PERSOON *syn. 1. p. 484.*

Ex Insula Hispaniola, a D[no] POITEAU.

PER. Capsula pollicaris & ultra, ovalis l. globosa, calyci persistenti insistens, styli reliquiis fastigiata, rotundato-octo-l. decagona, extus setulis minimis hirta, coriaceo-carnosa, unilocularis, ab apice ad medium usque quadri-l. quinquefariam dehiscens. Valvae crassae, intus sulco elevato incrassatae, transversim rugosae, incompletae, ad medium usque dehiscentes, & apice revoluto patentes.

REC. nullum: semina umbilicis valvularum rugositatibus horizontaliter adhaerent, ut apice axim baccae respiciant.

SEM. plurima, baccata, l. intra sacculum carnosum testae ventri adnatum inclusa, gigartoidea l. ovato-oblonga, apice mucronata, basi truncata & foramine umbilicali profundo instructa, glabra, ferruginea.

INT. triplex: *extimum* carnoso-pulposum, linea ventrali testae adhaerens; *medium* testaceum, crassiusculum, fragile, fovea profunda umbilicatum; *intimum* membranaceum, tenue, albumini adnatum, pallidum.

ALB. semine multo brevius, ovato-oblongum, apice acuminatum, basi obtusum, carnosum, lutescens.

EMB. albumine paulo brevior, & ad ejus apicem locatus, inversus, albus. *Cotyl.* ovato-oblongae emarginatae, foliaceae, longitudinaliter sigmoideo-plicatae, accumbentes. *Rad.* lineari-teretiuscula, cotyledonibus paulo brevior, obtusa, umbilico externo e diametro contraria, centripeta.

EXPLICATIO FIGURAE.

a.) Capsula integra, non dehiscens. b.) Eadem quadrifariam dehiscens, cum seminibus in situ. c.) Ejusdem sectio transversalis, seminibus excussis. d, D.) Semina separata. E.) Idem transverse dissectum. F.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ embryonis intra albumen. G.) Embryo solutus.

190. ANAVINGA.

LAMARCK *ill. gen. t.* 355. JUSS. *gen. p.* 438. Samyda. LINN.

Cal. pentaphyllus, inferus, persistens; foliola parva, ovata. Cor. nulla. Stam. decem,

decem, distincta, sub ovario inserta, cum glandulis totidem brevibus ovatis stipitatis ciliatisque alternantia; filamenta filiformia, longitudine calycis; antheræ erectæ, ovatæ. Ovar. superum; stylo simplici, brevissimo; stigmate capitato. Caps. subglobosa, coriacea, trisulca, unilocularis, polysperma. Rec. nullum. Sem. baccata, ophiocephaloidea. Alb. carnosum. Emb. inversus; rad. curvula.

ANAVINGA Samyda. Tab. 224. fig. 9.

Habitat in Porto-Rico. Ex collectione Cl. DESFONTAINES.

PER. Capsula parva, pisiformis, subglobosa, obsolete rotundato-triquetra l. tetragona, tri- l. quadrisulcata, punctis minimis callosis conspersa, tri- l. quadrifariam ab apice dehiscens, unilocularis, oligosperma. Valvulæ coriaceæ, basi cohærentes.

REC. nullum: præter nervum intermedium valvularum incrassatum, & cum valvis ipsis basi lata colliquescentem papillulis l. funiculis umbilicalibus brevissimis instructum, quibus semina adhærent.

SEM. pauca, 4—8., baccata, l. intra sacculum carnoso-pulposum linea ventrali testæ adnatum inclusa, ophiocephaloidea, apice mucronulata, basi area umbilicali immersa pallida orbiculari instructa, puncticulato-scrobiculata, ferruginea.

INT. triplex; *extimum* carnoso-pulposum; *medium* crassiusculum, testaceum, fragile; *intimum* tenue, adnatum.

ALB. semini fere conforme, ovato-acuminatum, crassum, carnosum, album.

EMB. minimus, inversus, ad apicem albuminis locatus, albus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ, leviter secundum longitudinem plicatæ. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, curvula, teretiuscula, leviter attenuata, obtusa, umbilico externo contraria, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. b.) Capsula integra, non dehiscens. c.) Eadem quadrifariam dehiscens. D.) Eadem trifariam dehiscens, cum nervo valvularum intermedio. e.) Semen integrum, sacculo pulposo inclusum. F.) Idem solutum. G.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Embryonis situs intra albumen. I.) Embryo solutus.

Nec in Casearia, nec in Samida, nec denique in Anavinga receptaculum columnare inveni, quale Plumierius & Browneus in iconibus tradiderunt; fundus enim capsularum in omnibus est nudus. Semina baccantia fortasse in recenti fructu sibi invicem in corpus columnare globosum conglutinata & a valvularum nervo secedentia sic receptaculi speciem æmulantur.

Albumen Samydarum oleo unguinoso scatet.

Genera modo dicta una cum Iroucana AUBL. & Melistauro FORST., fructus seminumque fabrica conformia, calyce vero staminum & filamentorum in-

 sertio

sertione atque nexu, æque ac glandularum forma & cæt. diversa, distinctam constituere videntur familiam, quæ quidem iterata florum investigatione in vivis indiget.

191. SKIMMIA.

THUNB. *jap. p. 4. gen. nov. p. 57.* SCHREB. *gen.* 200. JUSS. *gen. p.* 425.

Cal. monophyllus, minimus, quadri- l. rarius quinquepartitus, inferus, permanens; laciniæ brevissimæ, acuminatæ. Cor. petala quatuor, (l. quinque,) minuta. Stam. quatuor, subsessilia. Ovar. superum; stylo simplici, tetragono; stigmate . . . Bacca subglobosa, rotundato-tetragona, quadrilocularis, tetrapyrena; pyrenæ inversæ, monospermæ. Rec. nullum. Sem. solitaria, inversa. Alb. carnosum. Emb. minutus, inversus.

SKIMMIA japonica. Tab. 225. fig. 1.

Sin San vulgo Mijama Skimmi. KÆMPF. *amoen. fasc. 5. p. 779.*

Skimmia. THUNB. *fl. jap. p. 62.* LINN. *syst. veg. ed. 14. p. 157.* WILLD. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 671.* PERSOON *syn. 1. p. 145.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Bacca parva, subglobosa, depressiuscula l. ad verticem vix umbilicata, basi paululum retusa, rotundato-tetragona, l. quadriloba: lobis rotundatis; hinc calyci minimo insistens, inde styli rudimento tetragono fastigiata, rufescens, quadrilocularis, tetrapyrena. Caro debilis, farinaceo-pulposa, intra pyrenarum distantias descendens & dissepimenta tenuissima formans. Pyrenæ quatuor, subovatæ, hinc convexæ, inde ad latera planiuscula cuneatæ, inversæ, ad verticem anguli interni hilo parvo instructæ, chartaceæ, tenues, lubenter a carne discedentes, glabræ, pallidæ, uniloculares, monospermæ.

REC. nullum: præter vasa umbilicalia, e pedunculo baccæ provenientia, & in axi fructus umbilicos pyrenarum & seminum adeuntia.

SEM. solitaria, pyrenarum figura, inversa, ad verticem cicatricula umbilicali alba hilo externo obversa insignita, spadicea l. ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, crassiusculum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, carnosum, lutescens.

EMB. minutus, in suprema albuminis parte locatus, rhombeo-ellipticus, inversus, lutescens. *Cotyl.* rhomboideæ, obtusæ, longitudinaliter plicatæ, l. equitantes, foliaceæ, incumbentes. *Rad.* brevis, teretiuscula, obtusa, umbilico externo obversa, supera.

EXPLI-

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Bacca integra. b. c.) Calyx separatus, pedunculo junctus. D.) Sectio baccæ transversalis, pyrenis excussis. E.) Eadem longitudinaliter dimidiata, cum situ pyrenarum. f.) Pyrena separata, a dorso & a ventre spectata. g.) Eadem transverse dissecta sine semine. H.) Semen solutum, a ventre visum, cum cicatricula umbilicali ad verticem. I.) Albumen transverse dissectum. K.) Embryonis situs intra albumen. L.) Embryo solutus.

192. PENAEA.

LINN. *gen.* 138. *ed. Schreb.* 182. JUSS. *gen. p.* 419. LAMARCK *ill. gen. t.* 78.

Flores basi bracteis duabus, oppositis, subulato-linearibus l. ovatis instructi.

Cal. nullus: nisi corollam velis. Cor. monopetala; tubo campanulato l. infundibuliformi; limbo quadripartito, brevi. Stam. quatuor; filamenta brevissima, ad divisuras limbi inserta; antheræ erectæ, utrinque emarginatæ. Ovar. superum; stylo simplici, filiformi, l. tetragono: angulis membranaceis; stigmate capitato, l. cruciato-quadrilobo. Caps. chartaceo-coriacea, quadrisulcata, quadrilocularis, quadrivalvis; valvulæ medio septigeræ; loculamenta disperma. Rec. nullum. Sem. bina, umbilico appendiculato instructa. Alb. carnosum. Emb. . . .

PENAEA mucronata. Tab. 225. fig. 2.

Tithymali myrsinites facie, arbuscula aethiopica, folio parvo e lata basi in acutissimum mucronem subito desinente, capitulis origani. PLUKN. *mant. p.* 183.

Erica africana unedonis flore amplo, foliis cordiformibus in acumen desinentibus. RAJ. *dendr. p.* 97.

Penaea foliis cordatis acuminatis. BERG. *cap. p.* 37. LINN. *syst. veg. ed.* 14. *p.* 154.

Penaea floribus terminalibus, foliis acuminatis glabris. THUNB. *prod. p.* 30. WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 1. *p.* 626. PERSOON *syn.* 1. *p.* 134.

Ex collectione Delessertiana.

PER. Capsula intra calycem coriaceum hærens, parva, ovato-oblonga, rotundato-tetragona l. quadriloba, stylo persistente tetragono fastigiata; angulis membranaceis per sulcos capsulæ decurrentibus; membranaceo-chartacea, ab apice cum stylo per dorsum loborum quadrifariam dehiscens, quadrilocularis, quadrivalvis. Dissepimenta membranaceo-chartacea, medio valvarum dorso inserta, per axem cum valvulis fere ad basin usque dehiscentia. Loculamenta disperma.

REC. nullum: semina angulis internis loculamentorum paululum callosis prope basin umbilicis adhærent.

Sem. In quovis loculamento bina, erecta, accumbentia, ovato-oblonga, hinc convexiuscula, inde plana, dorso falcata, ventre rectiuscula, glabra, fusca, basi umbilico appendiculato instructa.

Umbilicus appendiculatus, discretus, dimidium semen longitudine fere æquans, ovatus, fungosus, pallidus.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, crassiusculum; *interius* tenuissimum, adnatum, pallidum.

Alb. ovatum l. ellipticum, basi truncatum, cæterum semini conforme, carnosum, lutescens.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Fructus integer. b. B.) Capsulæ integra, denudata. C.) Eadem dehiscens. D.) Ejusdem sectio transversalis. e. E.) Semina separata, ab utraque parte visa. F.) Semen umbilico destitutum, transverse dissectum. G.) Ejusdem sectio longitudinalis.

In multiplici albuminis solidi & (ut mihi visum est) bene maturi ex speciminibus, ab ipso Thunbergio collectis, nullum embryonis vestigium detegere valui; quare suspicor, ovula frequentius imperfecta vel manca fœcundatione frui, aut embryonem esse ex minutissimis.

193. CUNOÑIA.

Linn. *gen.* 556. *ed. Schreb.* 761. **Juss.** *gen. p.* 310.
Lamarck *ill. gen. t.* 371. Osterdykia.
Burm. *afr. t.* 96.

Cal. pentaphyllus l. profundissime quinquepartitus, parvus, deciduus; foliolis ovatis. Cor. petala quinque, obovata, cum calycis laciniis alterna, imo calyci cum staminibus inserta. Stam. decem; filamenta petalis longiora, subulato-linearia, basi latiora; antheræ subrotundæ, erectæ, didymæ. Ovar. superum; stylo gemino, subulato, longitudine staminum; stigmatibus simplicibus. Capsula ex duobus folliculis corticatis a basi dehiscentibus composita. Rec. nullum. Sem. imbricata, compressiuscula. Alb. carnosum. Emb. ininversus.

Cunonia capensis. Tab. 225. fig. 3.

Arbuscula, arbuti alatis foliis, africana. Pluk. *alm. p.* 45. *t.* 141. *f.* 4.

Osterdykia floribus spicatis pentapetalis, foliis oblongis subincanis serratis. Burm. *afr. p.* 259.

Cunonia. Linn. *spec. pl. p.* 569. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 410. Thunb. *prod. p.* 81. Willd. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 634. Persoon *syn.* 1. *p.* 486.

A Cl. Lambert.

Per.

Per. Capsula parva, longe elliptica, supera, sulcis duobus longitudinalibus exarata, ex duobus folliculis corticatis coadunatis conflata, a basi secundum sulcos apicem usque dehiscens, spadicea. Folliculi gemini, longe elliptici, basi truncati & callo semicirculari instructi, inde in stylum persistentem mucronato-subulatum attenuati, hinc convexi atque corticati, inde planiusculi nudi, & rima intermedia longitudinali a basi ad apicem usque elastice dehiscentes, chartacei, polyspermi. Cortex coriaceus, tenuis.

Rec. nullum: *folliculi ope vasorum umbilicalium, ex pedunculo assurgentium & cum folliculis longitudinaliter dehiscentium, ad apicem arctius cohærent; semina margini folliculorum introflexo affixa, & ab utraque parte l. gemina serie simpliciter imbricata.

Sem. ovula multa, 10—12 in unoquoque latere, adeoque in folliculo 20—24, quorum vero rarius plura quam sex l. octo maturescunt, inversa, defluentia, ovato-triangularia, triquetra: angulis margine membranaceo angusto cinctis; nucleo protuberante insignita, ad marginem interiorem sub apice umbilico minimo fusco instructa, spadicea l. ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, in alas seminis ampliatum, albumini adnatum.

Alb. nucleo conforme, ovato-oblongum, l. longe ellipticum, triquetrum, carnosum, album.

Emb. albumine paulo brevior, & in ejus parte superiore locatus, inversus, viridiusculus. *Cotyl.* ellipticæ, obtusæ, incumbentes. *Rad.* longitudine cotyledonum, discreta, crassiuscula, tereti-oblonga, curvula, umbilico externo obversa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A. b.) Capsula integra, non dehiscens. C.) Eadem dehiscens. D.) Ejusdem sectio transversalis. E.) Folliculus alter separatus, dehiscens, a parte interna spectatus, cum insertione vasorum umbilicalium ad apicem folliculi. F.) Idem non dehiscens, parte convexa ablata, ut seminum situs naturalis appareat. g. G.) Semina separata. H.) Ejusdem sectio transversalis. I.) Embryonis situs intra albumen. K.) Embryo solutus.

194. WEINMANNIA.

Linn. *gen.* 493. *ed. Schreb.* 674. Juss. *gen. p.* 309.
Lamarck *ill. gen. t.* 313. Windmannia.
Brown *jam. p.* 212.

Cal. quadriphyllus l. profundissime quadripartitus, persistens; laciniis ovatis. Cor. petala quatuor, imo calyci inserta, ipsi majora, ad divisuras inserta, ovata. Stam. octo; filamentis brevibus; antheris erectis, subrotundis. Ovar. superum; styli duo; stigmata acuminata. Folliculi duo, in capsulam corticatam coadunati. Rec. exiguum, centrale. Sem. crinita. Alb. carnosum. Emb. inversus; rad. centripeta.

Wein-

WEINMANNIA glabra. Tab. 225. fig. 4.

Weinmannia pinnata. LINN. *spec. pl. p.* 515.

Weinmannia foliis pinnatis, foliolis obovatis crenatis laevibus. LINN. *suppl. p.* 228. *Syst. veg. ed.* 14. *p.* 374. SWARZ *obs. p.* 151. WILLD. *spec. pl. T.* 2. *P.* 1. *p.* 436. PERSOON *syn.* 1. *p.* 438.

Ab amicissimo D^no DUPUIS.

PER. Capsula parva, ovato - oblonga, l. obovata, sulco levi bipartita, & secundum sulcos in duos folliculos antea coadunatos ab apice basin usque dehiscens. Folliculi chartacei, cortice tenui extus tecti, hinc convexi, inde plani, ad verticem in stylum mucronulato - subulatum persistentem producti, intus rima intermedia longitudinali cocculorum more elastice ab apice basin usque dehiscentes, polyspermi. Cortex coriaceus.

REC. fasciculus columnaris vasorum umbilicalium e pedunculo in axi capsulæ assurgentium folliculos ad medium usque conjungens, & ad ambo latera receptaculo exiguo in folliculos prominulo abiens.

SEM. pauca, quatuor l. sex in quovis folliculo, reniformia l. longe elliptica, curvata, capillis longis raris albidisque conspersa, ad apicem umbilico fusco notata, inversa, cinnamomea.

INT. duplex: *exterius* coriaceo - membranaceum, crassiusculum, cum funiculo umbilicali ab apice seminis per ventrem decurrente undique conferruminatum, facile detrahendum; *interius* tenuissimum arachnoideum, albumini adnatum, ad basin *chalaza* minima fusca notatum.

ALB. semini conforme, basi mucronulatum, carnosum, lutescens.

EMB. oblongus, curvulus, inversus, albus. *Cotyl.* crassæ, brevissimæ, incumbentes. *Rad.* longa, teretiuscula, sursum attenuata, curvula obtusiuscula, umbilico externo-obversa, centripeta.

*

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Capsula integra, non dehiscens. B.) Eadem dehiscens, cum fasciculo columnari vasorum umbilicalium. C.) Eadem a latere visa, ut folliculorum dehiscendi modus appareat. D.) Ejusdem sectio transversalis. E.) Folliculus separatus, a facie interna spectatus, cum dehiscentiæ rima. f. F.) Semina separata. G.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Embryonis situs intra albumen. I.) Idem solutus.

Magna Cuuoniæ Weinmanniæque est affinitas cum Itea p. 142. descriptæ præsertim in fructu, ut jure meritoque in eadem familia militarent.

195. CLIFTONIA. Banks.

Cal. pentaphyllus, minimus, persistens; foliola ovata, acuta, erecta. Cor. petala quinque, ovata. Stam. decem; filamentis bidentatis, infra medium dila-

dilatatis. Ovar. ſuperum; ſtylo nullo; ſtigmate obtuſo, tri- l. quadriſulcato. Drupa quadrialata, putamine quadriloculari, tetraſpermo. Rec. nullum. Sem. inverſa. Alb. carnoſum. Emb. inverſus.

Cliftonia nitida. Tab. 225. fig. 5.

Habitat in Florida occidentali. Ex collectione Bankſiana.

Per. Drupa ovata, parva, corticata, tetragona: anguli in alas membranaceas transverſe undulatas producti; calyci perſiſtenti inſiſtens, ſpadicea, nitida. Cortex coriaceo-ſpongioſus, cuticula valida tectus, putamini arcte adnatus. Putamen ovato-ellipticum, leviter ex cortice protuberans, chartaceum, ſecundum loculamenta in quatuor partes partibile, quadriloculare. Loculamenta in angulis drupæ locata, compreſſiuſcula l. verſus centrum putaminis cuneata, elliptico-acuminata, monoſperma.

Rec. nullum: ſemina ope funiculi umbilicalis craſſiuſculi ſubulato-acuminati ad apicem loculamentorum affixa.

Sem. ſolitaria, ovata, dorſo magis gibba, ventre vero rectiuſcula, lateribus planiuſcula & ventrem verſus cuneata, inverſa, ferruginea.

Int. ſimplex, membranaceum, tenne, albumini adnatum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, filiformi-teretiuſculus, inverſus, viridiuſculus. *Cotyl.* breves, attenuatæ, incumbentes. *Rad.* longiſſima, ſurſum paululum dilatata, ad apicem compreſſiuſcula, umbilico externo obverſa, ſupera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Drupa integra. B.) Ejusdem ſectio transverſalis, cum ſitu loculamentorum. C.) Calyx ſeparatus. D.) Stigma ſolutum. e. E.) Semina ſeparata, cum funiculo umbilicali. F.) Ejusdem ſectio transverſalis. G.) Albumen verticali modo diſſectum, cum embryone in ſitu. H.) Embryo ſolutus.

Ob fructus fabricam conſimilem Cyrillæ affinem eſſe ſuſpicor.

196. MONETIA.

L'Herit *ſtirp.* t. 1. Schreb. *gen.* 198. Azima. Lamarck *ill. gen.* t. 807. Juss. *gen.* p. 425.

Cal. monophyllus, inferus, ventricoſus, campanulatus, tri- l. quadrifidus, perſiſtens. Cor. petala quatuor, cum calycis dentibus alterna & ipſis longiora, linearia, acuminata, apice recurva. Stam. quatuor, ſub ovario inſerta, cum petalis alterna; filamenta ſubulata; antheræ incumbentes. Ovar. ſuperum; ſtylo brevi, conico; ſtigmate acuto. Bacca parva, corticata, bilocularis. Rec. nullum. Sem. duo, compreſſiuſcula, erecta. Alb. carnoſum. Emb. erectus.

MONETIA barlerioides. Tab. 225. fig. 6.

Lycium indicum spinis quaternis ad foliorum singulum exortum. SEB. *thes.* 1. *p.* 21. *t.* 13. *f.* 1.

Azyma (*tetracantha*,) *foliis oppositis petiolatis ovato-lanceolatis glabris apice pungentibus*, *spinis stipularibus quaternis.* LAM. *dict.* 1. *p.* 343. PERSOON *syn.* 1. *p.* 145.

Monetia. L'HERIT. l. c. *p.* 1. THUNB. *prod. p.* 28.

Monetia spinis quaternis, *foliis utrinque glabris.* WILLD. *spec. pl. T.* 1. *P.* 1. *p.* 669.

Ex collectione Banksiana.

PER. Bacca parva, magnitudine pisi, ovata l. ovato-globosa, basi reliquiis insistens, ad verticem mucrone calloso obtusissimo & intra hunc linea circulari a styli lapsu insignita, corticata, intus pulposa, glabra, lutea, bilocularis. Cortex tenuis, coriaceus. Pulpa mollis, cortici adhærens, siccitate evanescens. Dissepimentum tenue, pulposum. Loculamenta membrana tenuissima vestita, monosperma.

REC. nullum: præter funiculum umbilicalem brevissimum, quo mediante semina loculamentorum fundo affixa.

SEM. solitaria, erecta, orbiculata, compressiuscula, l. intus plana, extus leviter convexiuscula, per ambitum obtusa, basi cicatricula umbilicali parva notata, glabra, ferruginea l. spadicea.

INT. duplex, utrumque membranaceum: *exterius* firmum, facile detrahendum; *interius* arachnoideum, adnatum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. centralis, albumine paulo minor, erectus, albus. *Cotyl.* magnæ, orbiculares, foliaceæ, basi profunde fissæ: lobulis obtusis. *Rad.* teretiuscula, cotyledonibus paulo brevior, conice acuminata, intra cotyledenum fissuram adscendens, umbilico externo obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Bacca integra, a basi & a vertice spectata. b.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ seminis intra loculum. c.) Eadem cum seminibus transverse dissecta. d.) Semen solutum, ab utroque latere spectatum. e.) Ejusdem sectio transversalis. F.) Albuminis sectio longitudinalis, cum situ embryonis. G.) Embryo solutus.

197. SCHAEFFERA.

JACQ. *amer. p.* 259. SCHREB. *gen.* 1507. JUSS. *gen. p* 426. LAMARCK *ill. gen. t.* 809. SWARZ *fl. ind. occid. t.* 7.

Flores sexu distincti in separatis plantis.

MAS.

Mas. Cal. profundissime quadripartitus, minimus, inferus, persistens; laciniis alternatim majoribus. Cor. petala quatuor, ovata, concava, sub ovario cum staminibus inserta, calyce multo majora. Stam quatuor cum petalis alterna; filamentis subulatis; antheris subrotundis. Ovarii rudimentum ovatum.

Foem. Cal. ut in mare, sed laciniis minus profundis. Cor. petala quatuor, spathulata, sub ovario inserta. Stam. nulla. Ovar. superum; stylo bifido, brevissimo, reflexo; stigmatibus subsimplicibus, l. leviter bifidis. Bacca parva, bisulcata, dipyrena; pyrenæ monospermæ. Rec. nullum. Sem. erecta, plano-convexa. Alb. carnosum. Emb. erectus.

Schaeffera frutescens. Tab. 225. fig. 7.

Buxi folio majore acuminato arbor baccifera, fructu minore croceo dipyreno. Sloan *hist. 2. p. 102. t. 209. f. 1.*

Schaefferia (completa,) floribus tetrapetalis axillaribus. Swarz *prod. p. 38. fl. ind. occid. 1. p. 327.* Willd. *spec. pl. T. 4. P. 2. p. 741.*

Schaefferia frutescens. Jacq. l. c.

Ex Insula Hispaniola, a D^no^ Poiteau.

Per. Bacca parva, granum piperis paulo excedens, obovato-globosa, transversim paulo latior, subdidyma, l. sulco longitudinali obsoleto bipartita, calyci minimo insistens, vertice vero stylo bifido sulco baccæ contrario fastigiata, glabra, lutea l. coccinea, bilocularis, dipyrena. Caro cuticula tenui tecta, mollis, dissepimentum tenuissimum vasis umbilicalibus mixtum formans, pyrenis undique adnata. Pyrenæ ovatæ, plano-convexæ, hinc sulco elevato & rima umbilicali intermedio inscriptæ, inde eminentiis minimis a vasorum impressionibus scabratæ, subosseæ, tenues, uniloculares, monospermæ.

Rec. nullum: præter funiculum umbilicalem brevissimum, cujus ope semina pyrenarum basi interna affixa.

Sem. solitaria, erecta, ovata, denticularia, latere exteriore magis convexa, interiore planiuscula, ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, tenue, facile detrahendum.

Alb. semini conforme, ad marginem tenue, lateribus vero & basi crassum, carnosum, ad peripheriam sordide lutescens, versus centrum vero pallidum.

Emb. magnitudine fere albuminis, erectus lutescens. *Cotyl.* magnæ, ovatæ, foliaceo-carnosæ, cochleariformes, l. intus concavæ extus convexæ, nervosæ, incumbentes. *Rad.* brevis, teretiuscula, ad umbilicum externum incurva & ipsi obversa, infera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A. B.) Bacca integra. C.) Eadem una cum pyrenis atque seminibus transverse dissecta. D.) Ejusdem sectio longitudinalis, secundum sulcum. e. E.) Pyrena soluta, ab utraque parte specta-

spectata. f. F.) Semen separatum, cum funiculo umbilicali ad ejus basin. G.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum embryone in situ. I.) Embryo solutus.

198. GONOCARPUS.

Thunb. *jap. p.* 5. *nov. gen.* 55. **Juss.** *gen. p.* 442. **Lamarck** *ill. gen. t.* 73. Gonatocarpus. **Schreb.** *gen.* 214.

Cal. tetraphyllus, superus, persistens; foliola cordato-hastata, margine incrassata l. introflexa, erecta, demum conniventia. Cor. monopetala, imo calyci inserta, quadripartita; laciniæ lineares, cum calyce alternæ, apice villoso-fimbriatæ. Stam. quatuor. . . . Ovar. inferum; stylo nullo; stigmate sessili, concavo. Nucula calyce coronata, monosperma. Rec. nullum. Sem. tetragonum, inversum. Alb. carnosum. Emb. . . .

Gonocarpus micranthus. Tab. 225. fig. 8.

Gonatocarpus. Willd. *spec. pl. T. 1. P. 1. p. 690.*

Gonocarpus. Thunb. *fl. jap. p. 69. t. 15.* Linn. *syst. veg. ed. 14. p. 164.*

Ex collectione Banksiana, & a Cl. Desfontaines.

Per. Nucula minima, globoso-elliptica, l. in mucronem truncatum brevem protracta, calyce persistente coronata, octogona, totidemque sulcis profundis exsculpta, coriaceo-suberosa, sordide fusca, intus albida, unilocularis, evalvis. Loculamentum globoso-ellipticum, sulcis quatuor elevatis seminis angulis obversis inscriptum, monospermum.

Rec. nullum: semen apici loculamenti adhæret.

Sem. unicum, inversum, loculamento ipso multo angustius, ovato-oblongum, sursum acuminatum, tetragonum, lutescens l. dilute ferrugineum.

Int. duplex, utrumque membranaceum; *exterius* magis firmum, secundum angulos quasi in quatuor valvulas lanceolatas facile partibile; *interius* tenuissimum, adnatum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. . . .

EXPLICATIO FIGURÆ.

a.) Pars spicæ frugiferæ. B.) Nucula separata, calyce & corolla instructa. C.) Eadem corolla orbata. D.) Eadem calyce destituta. E.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ seminis intra loculamentum. F.) Eadem transverse dissecta. G.) Corolla separata, a parte inferiore spectata. H.) Semen, cum adhærente stigmate & staminum rudimentis. I.) Idem liberum. K.) Ejusdem sectio transversalis.

Specimina mea deflorata nec tamen matura & floris & fructus mancam tantum permiserunt descriptionem; alii itaque de staminibus & embryone certio-

certiora addant; cæterum investigatio in tanta partium minutie præcipue in exemplis vetustis intricatissima.

De loco in ordinibus naturalibus ob defectum embryonis dubium restat; certo Thesiorum familiæ ob florem corollinum annumerari nequit.

199. NANODEA. Banks.

Cal. monophyllus, superus, quadripartitus; tubo brevissimo; laciniis brevibus, cordatis, acutis, margine introflexis. Cor. nulla. Stam. quatuor; filamenta brevissima, calycis laciniis opposita & ad ipsorum basin inserta; antheræ . . . Ovar. inferum, oblongum; stylo simplici, conico, brevi; stigmate bipartito, obtuso. Drupa baccata, calyce coronata; putamine uniloculari. Rec. nullum. Sem. unicum. Alb. carnosum. Emb. inversus.

NANODEA muscosa. Tab. 225. fig. 9.

Balenerdia. COMMERS. *Mss.*

Habitat ad fretum Magellanicum, Staaten Land & Cap. Horn. Ex collectione Banksiana, & a Cl. DESFONTAINES.

PER. Drupa parva, magnitudine pisi, baccata, ovata, sulcis quatuor levissimis elevatis insignita, calyce coronante fastigiata, sessilis, glabra, crocea. Caro mollis, non admodum crassa, putamini adnata. Putamen ovatum, apice mucronulatum, compressiusculum, l. turgide lenticulare, crassiusculum, uniloculare, evalve, monospermum.

REC. nullum; semen basi putaminis arctius adhæret.

SEM. unicum, cavitati putaminis conforme, ovatum, apice mucronulatum, compressiusculum, erectum, lutescens.

INT. simplex, membranaceum, facile detrahendum.

ALB. semini conforme, crassum, carnosum, lutescens.

EMB. minimus, vix tertiam albuminis partem longus, & in suprema ejus parte locatus, compressiusculus, inversus, albus. *Cotyl.* brevissimæ, lineari-acuminatæ. *Rad.* magna, longa, rhomboidea, conico-acuminata, umbilico externo contraria, supera.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Drupa integra. B.) Eadem longitudinaliter dissecta, cum situ putaminis. C.) Putamen solutum. D.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ seminis. E.) Ejusdem sectio transversalis. f.) Semen solutum. G.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum embryone in situ. H.) Embryo solutus, quam maxime auctus.

Planta parva caule simplici, debili, filiformi; foliis sparsis, linearibus, acutis; floribus paucis, terminalibus, sessilibus, intra foliorum cespitem congestis. In familiis naturalibus affinitate proxime ad Thesium accedit.

200. POMATIUM.

Cal. monophyllus, ſuperus, quinquefidus; laciniis brevibus obtuſis, deciduis relicto circulo membranaceo denticulato - lacero. Cor. . . . Stam. . . . Ovar. inferum; ſtylo ſimplici; ſtigm. . . . Bacca ſubgloboſa, ſulcato - didyma, calycis reliquiis coronata, bilocularis, polyſperma. Rec. fungoſa, medio diſſepimento utrinque inſerta. Sem. numeroſa, angulata. Alb. carnoſum. Emb. erectus; rad. diſcreta, centripeta.

POMATIUM ſpicatum. Tab. 225. fig. 10.

Genipa labiata. L'HERIT. Collect.

Habitat in Africa. Ab amiciſſimo D^no DECANDOLLE.

PER. Bacca parva, magnitudine piſi, ſubgloboſa, ſulco obſoleto ſubdidyma, depreſſiuſcula, calycis rudimento membranaceo anguſto inæquali ſub vertice quaſi operculo inſtructa, & in vertice ipſo ſtyli reliquiis mucronato-umbonata, glabra, bilocularis, polyſperma. Caro non admodum craſſa, firma. Diſſepimentum membranaceo - carnoſum, ſulco externo obverſum.

REC. fungoſo - carnoſa, ſubgloboſa, medio diſſepimento utrinque affixa, funiculis umbilicalibus breviſſimis hiſpidula.

SEM. numeroſa, parva, arcte ſibi approximata, centripeta, angulata, irregulariter truncato - pyramidata, lateribus planiuſcula, foveola umbilicali minima inſtructa, punctis minimis excavatis reticulata, ſpadicea l. ferruginea.

INT. ſimplex, cruſtaceum, craſſiuſculum, fragile.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, pallidum.

EMB. minimus, albumine dimidio fere brevior, & ad ejus baſin locatus, erectus, albus. *Cotyl.* ovatæ, baſi truncatæ, plano - convexiuſculæ. *Rad.* ovato-oblonga, turbinata, cotyledonibus paulo longior, umbilico externe obverſa, centripeta.

EXPLICATIO FIGURÆ.

a. A.) Ovarium immaturum. b. B.) Bacca integra. C.) Ejuſdem ſectio tranſverſalis, cum forma receptaculorum & ſitu ſeminum. d. D.) Semina ſeparata. E.) Seminis ſectio tranſverſalis. F.) Embryonis ſitus intra albumen. G.) Embryo ſolutus.

Caulis ſuffruticoſus pubeſcens; flores breviſſime pedunculati, in ſpicam ſubcompoſitam denſam congeſti; folia oppoſita remota, breviter pedunculata, ovato - lanceolata; ſubtus ferruginea, nervoſa, pubeſcentia; ſtipulæ interfoliaceæ connatæ, vaginantes, longæ, lanceolatæ, perſiſtentes.

Genus Hameliæ affinitate proximum & præcipue bacca biloculari ab illa diverſum.


INDEX GENERUM
CENTURIÆ PRIMÆ ET SECUNDÆ.

(*Prior numerus paginam poſteriores tabulam indicant.*)

Hame-


Errata quaedam graviora et Addenda.

Pag. 52. inter lin. 30 et 31. adde: ALB. nullum.
— 100. l. 16. adde: Tab. 197. fig. 3.
— 117. l. 8. pro 120. l. 201.
— 123. l. 31. adde: Tab. 202. fig. 2.
— 185. l. 3. ab infra pro 114. l. 214.



Iſchæmum
rugoſum.
muticum.
Rottboellia
dimidiata.
Ophiuros
incurvat. corymb.
Olyra latifolia.
Lygeum Spartum.
Reſtio ſcarioſus.
Elegia juncea.
Gahnia procera.

Jac. Sturm sc.


Tab. CLXXXII.




Jac. Sturm sc.


Gouania tomentosa
Hydropityon zeylanicum.
Hemimeris montana.
javanica. Thunbergia capensis.
Lisianthus chelonioid:
Soldanella alpina.
Cyclamen. europaeum.
Coris monspeliens:

Jac. Sturm sc.


Doræna *japonica.*
Pallasia *caspica.*
Torenia *asiatica.*
Deutzia *scabra.*
Virecta *virens.*
Ellisia *Nyctelea.*
Rondeletia *hirta.*
Lindernia *pixidaria.*
Vandellia *diffusa.*
Illecebrum *verticillatū.*
Glaux *maritima.*
Frankenia *lævis.*

Jac. Sturm sc.


Sarcodactylis helicterioides.
Hirtella americana.
Halleria lucida.
major. Orobanche ramosa.
Ourisia magellanica.
Monotropa Hypopithys.
Disandra prostrata.

Jac. Sturm sc.

Shorea *robusta*.




Dryobalanops *aromatica*.




Jac. Sturm sc.

Dipterocarpus costatus.




Jac. Sturm sc.

Dipterocarpus *turbinatus.*




Lophira *alata.*




Jac. Sturm sc.

Vateria *indica.*




Jac. Sturm sc.



Genipa *americana*.


Tocoyena *longiflora*.

Jac. Sturm sc.



Gærtnera longiflora.
b a c d e f G
Iſertia coccinea.
b i c I a H d e f g K L M
pedunculata. Fernelia obovata.
c b a F E D d
a a b c C D E
Hamelia appendiculata.
B a C d D E F
Laugeria reſinoſa.
B C D E a f F G H

Jac. Sturm sc.


Tab. CXCII.




Jac. Sturm sc.


Vangueria cymosa.
a
b
c
d
e
f
g
h
Posoqueria longiflora.
a
b
c
d
E
Gardenia latifolia.
a
b
c

Jac. Sturm sc.



Gardenia sulcata.
a
c
C
D
e
F
b
Coutarea speciosa.
a
e
F
a
G
b
d
c
Pinckneya pubescens.
a
b
c
d
E
f
G
H
I
Psathura corymbosa.
a
B
C
a
D
E
F
G

Jac. Sturm sc.


Posoqueria drupacea.
a b c d E F
Myonima obovata.
a H b c d e. f g
Danais fragrans.
a b d c D E
Anthospermum ciliare.
a b B a a C D
æthiopicum.
a B C D E F
Pæderia foetida.
B C D e a f F G
Rubia lucida.
b c d e F a
Asperula cynanchica.
a b B C a D E F G


Jac. Sturm sc.

Tab. CXCVI.




Jac. Sturm sc.

Tab. CXCVII.



Jac. Sturm sc.


Conobea aquatica.
Tozzia alpina.
Hottonia paluſtris.
Aretia argentea.
Utricularia vulgaris.
Bartſia pallida.
Chlora ſeſsilifolia.
Coutoubea purpurea.
Menyantes trifoliata.
Spigeliæ marilandica.


Jac. Sturm sc.

Tab. CXCXIX.


Inocarpus edulis.




Iac. Sturm sc.



Jac. Sturm sc.


Calvaria hexangularis.
a b d c e
globosa.
a b c d
e f G
Iacquinia armillaris.
a B c d
f e g h I
Olax scandens.
b a c
d e f g h
Chrysophyllum Cainito.
a h b
c d e f g

Iac. Sturm sc.


Chrysophyllum.
macrophyllum.
ferrugineum.
Sideroxylum
nigrum.
salicifolium.
Mastichodendrum.
obovatum.
Bumelia
retusa.
lycioides.


Jac. Sturm sc.

Lucuma mammoſum.




Iac. Sturm sc.


Tab. 204.



Iac. Sturm sc.



Vitellaria paradoxa.
a c d b
e f g
Mimusops globosa.
c e d
a f g h b
Balata.
a c d e f g b

Iac. Sturm sc.




Iac. Sturm sc.

Tab. 207.




Jac. Sturm sc.

Tab. 208.




Iac. Sturm sc.

Tab. 209.



Iac. Sturm sc.



lanceolata. Ardisia montana.
ruficarpa.
procumbens.
Argophyllum nitidum.
Erythrorhiza rotundifolia.
Bæobotrys lanceolata.
Hudsonia ericoides.
Eriostemon lanceolatum.
Correa rufa.

Iac. Sturm sc.



Boronia polygalæfolia.
Empleurum ſerrulatum.
Melianthus major.
Bladhia japonica.
Michauxia lævigata.
Ariſtotelia Maqui.
Canarina Campanula.
Goodenia ovata.

Iac. Sturm sc.

Tab. 212.




Iac. Sturm sc.


Cornutia pubescens.
punctata.
Tamonea spinosa.
mutica.
Camphorosma monspeliaca.
Anredera vesicaria.
Pollichia campestris.
Pteranthus echinatus.
Herniaria glabra.
Ærua lanata.


Iac. Sturm sc.

Tab. 214.



Iac. Sturm sc.

Tab. 215.




Iac. Sturm sc.


Tab. 216.




Iac. Sturm sc.


Catappa gujanensis.
Bucida capitata.
Laguncularia racemosa.
Getonia floribunda.
Brabejum stellulifolium.
Rupala montana.
Lambertia teretifolia.

Iac. Sturm sc.



Jac. Sturm sc.


Conchium cornutum.
a
b
c
d
e
f
g
salicifolium.
a
b
c
d
E
F
nervosum.
a
b
c
d
e
f
g
H
drupaceum.
a
b
teretifolium.
a
b

Jac. Sturm sc.



Bankſia marginata.
Perſoonia ferruginea.
Quadria Avellana.
Pentadactylon anguſtifolium.
Leciſcium drupaceum.

Jac. Sturm sc.

Persea gratissima.



Jac. Sturm sc.



globosa.
Borbonia
cupularis.
Tetranthera
apetala.
Ocotea
gujanensis.
Quiina
gujanensis.
Salvadora
persica.

Jac. Sturm sc.

Crescentia cucurbitina.




Iac. Sturm sc.


Piparea multiflora.
Sauvagesia erecta.
Rhysospermum ellipticum.
Tachibota gujanensis.
Casearia hirta.
Frasera Walteri.
Samyda serrulata.
Cyrtandra glabra.
Anavinga Samyda.

Jac. Sturm sc.

Tab. 225.



Jac. Sturm sc.